


102



F. AMBRO Bl
SII CATHARINI

Politi Senensis, ordinis Prædicatorum Clas=
ues ducet ad aperiendas intelligendas ue=
scripturas Sacras perquam neces=br/>sarie: quod Opus nunc pri=br/>mum in lucem
prodijt.

Cum Indice Alphabetico, præcipuas quisq; senten=br/>tias notatu dignas complettente.



L V G D V N I,
Excudebat Petrus à Sancta Lucia.
1543.

202

Del Colegio de la Compañía de Jesús de Granada.
R: 3345

F. A M B R O^{Bl}
S I I C A T H A R I N I

Politi Senensis, ordinis Prædicatorum Clas-
ues duæ, ad aperiendas intelligendas ue-
scripturas Sacras perquam neces-
sarie: quod Opus nunc pri-
mum in lucem
prodijt.

Cum Indice Alphabetico, præcipuas quafq; senten-
tias notatu dignas complectente.



L V G D V N I,
Excudebat Petrus à Sancta Lucia.

1543.

AD FRANCISCUM EIVS NO
minis primum Christianissimum Gallorum regem,
Fratri Ambroſij Catharini Politi ordinis
Prædicatorum Clauiculam ad intelli-
genda scripturarum myſte-
ria humiliſ ac deuota
dedicatio.

VAE. DE TE TVO' Q.V.E IN
genio planè diuino, scriptis ac frequenti sermo-
ne multorum cognoui, Christianissime Rex,
eam mihi confidentiam præbuerunt, ut aliquid
incubrationum nostrarum dicare tantæ maiestati auderem.
Nam quæ de te mirifica prædicantur, et si p̄a sui magnitudi-
ne incredibilia sint, tamen quòd non temerè credantur à uiris
probis, illud uehementer suadet, quòd hæc amplissima testi-
monia non ab his tantum proficiuntur, qui ob abs te rece-
pta ingentia munera et beneficia fortè possent in aliquam
adulationis suspicionem uenire, sed à constanti fama ex ore
omnium, qui te, uel quæ sunt ſpeculationis trahantem audie-
runt, uel quæ ſunt prudentiae coniectantem conſiderarūt, uel
deniq; quæ ſunt prouidentiae perſpexerunt. Omnes enim qua-
si uno pectore et una uoce, magno conſensu idem de te con-
ſanter afferunt atq; affirmant. Etenim (ut uerum fatear) ab
initio cum Reuerendissimus Dominus Cardinalis Gaddus
Florentinus (cuius ego familiaritate propter colloquia et
collationes de ſacris literis, ferè annum uifus ſum) multa de te
narraret,

narraret, uel illa quidem egregia et admiranda que in die
ſancto Resurrectionis Dominicæ post utramq; mēſam et
ſpiritū et corporis, de Christiana religione tractasti, et
in hereticos ſpecialiter, de penitentia ſacramento et Pur-
gatorij ueritate prudenter ac peritè uelde differuisti, uix
adduci poteram (tua ſuaq; pace dictum uolim) ut ea crea-
derem. Non quòd alioqui tanti uiri tantæque dignitatis
teſtimonium, cui turpiſſimum eſſe mentiri aut adulari,
non debeat eſſe grauiſſimum ac dignum fide. Sed cum
ueniret in mentem quanta te ille dilectione et obſerua-
tia proſequatur, et quantis tu illum deuinixeris beneficijs,
et quā peculiari fauore et protectione uallaueris, po-
terat eius de te narratio in eo reddi ſucepta, quod uideri
poſſet non tam ex iudicio et scientia, quā ex affeſtu ac
deceptione pronuntiare: et ſi alioqui elegans ingeniorum
ſit obſeruator et contempnator. At cum aliorum quoque
perſpexi calculos in eandem prorsus ſententiam concur-
rentes, habui meritò fidem sermonibus, ac ſimil magno affeſ-
tus gaudio, gratias egi Deo quòd tantum dederit in or-
be christiano Regem, qui ſibi iure optimo illius Sapienti-
tissimi Regis uerbum ualeat arrogare, qui ſortitus ani-
mam bonam, poſt quæſitam atque inuentam ſapientiam
dixit. Optauit et datus eſt mihi ſenſus, et inuocauit et
uenit in me ſpiritus ſapientie: et preposuit illam re-
gnis et ſedibus, et diuitias omnemque lapidem pretio-
ſum, et quicquid eſt argenti et auri, nihil eſſe dixi ſi
cum illa collatum fuerit, aut certe, quod multò eſt sanctius,
Dauidis eius patris uerbis uti, qui cū de cūctis hostibus triu-
phaffet, auſus eſt in Domino glorieri, et plenus ſpiritu

A. ij canere

A D F R A N C I S C U M E I V S N O
minis primum Christianissimum Gallorum regem.
Fratri Ambrosij Catharini Politi ordinis
Prædicatorum Clauium ad intellige-
genda scripturarum myste-
ria humilis ac deuota
dedicatio.

VAE DE TE TVO' Q VE IN
genio planè diuino, scriptis ac frequenti sermo-
ne multorum cognoui, Christianissime Rex,
eam nubi confidentiam præbuerunt, ut aliquid
lucubrationum nostrarum dicare tantæ maiestati auderem.
Nam quæ de te mirifica prædicantur, et si præ sui magnitudi-
ne incredibilia sint, tamen quòd non temerè credantur à uiris
probis, illud uehementer suadet, quòd hæc amplissima testi-
monia non ab his tantum proficiuntur, qui ob abs te rece-
pta ingentia munera et beneficia fortè possent in aliquam
adulationis suspicionem uenire, sed à constanti fama ex ore
omnium, qui te, uel quæ sunt speculationis tractantem audie-
runt, uel quæ sunt prudentiae conjectantem considerarūt, uel
deniq; quæ sunt prouidentiae perspexerunt. Omnes enim qua-
si uno pectore et una uoce, magno consensu idem de te con-
stanter afferunt atq; affirmant. Etenim (ut uerum fatear) ab
initio cum Reuerendissimus Dominus Cardinalis Gaddus
Florentinus (cuius ego familiaritate propter colloquia et
collationes de sacris literis, ferè annum usus sum) multa de te
narraret,

narraret, uel illa quidem egregia et admiranda que in die
sancto Resurrectionis Dominicæ post utramq; mensam et
spiritus et corporis, de Christiana religione tractasti, et
in hereticos specialiter, de poenitentie sacramento et Pur-
gatorij ueritate prudenter ac perite ualde differuisti, uix
adduci poteram (tua suaq; pace dictum uelim) ut ea crea-
derem. Non quòd alio qui tanti uiri tamè que dignitatis
testimonium, cui turpisimum esset mentiri aut adulari,
non debeat esse grauisimum ac dignum fide. Sed cum
ueniret in mentem quanta te ille dilectione et obseruan-
tia prosequatur, et quantis tu illum deuinxeris beneficijs,
et quam peculiari favore et protectione uallaueris, po-
terat eius de te narratio in eo reddi suspecta, quod uideri
posset non tam ex iudicio et scientia, quam ex affectu ac
deceptione pronuntiare: et si alio qui elegans ingeniorum
sit obseruator et contemplator. At cum aliorum quoque
perspexi calculos in eandem prorsus sententiam concur-
rentes, habui meritò fidem sermonibus, ac simul magno affe-
ctu gaudio, gratias egi Deo quòd tantum dederit in ora-
be christiano Regem, qui sibi iure optimo illius Sapienti-
issimi Regis uerbum ualeat arrogare, qui sortitus ani-
mam bonum, post quæsitam atque inuentam sapientiam
dixit. Optauit et datus est mihi sensus, et invocauit et
uenit in me spiritus sapientie: et præposuit illam re-
gnis et sedibus, et diuitias omnem que lapidem pretio-
sum, et quicquid est argenti et auri, nihil esse dixi si
cum illa collatum fuerit, aut certe, quod multò est sanctius,
Davidis eius patris uerbis uti, qui cù de cunctis hostibus triu-
phasset, ausus est in Domino gloriarī, et plenus spiritu

A ij canere

ednere. Custodiui vias Domini, nec impiè gesù à Deo meo: quoniam omnia iudicia eius in conspectu meo, et iusticias eius non repuli à me. Hunc enim tu Christianissime Rex, quantum tibi ex alto datum fuit, hactenus emulatus, hoc tuo iure usurpare potes et dicere, non impiè gesù à Deo meo. Reddidisti enim testimonium pietati tua uel hoc solo, quod miro tui pectoris ardore flagrans, odio digno persequutus es nouarum conditores heresum: inò ueterum potius excitatores, et satores impios Zizaniorum, satis probans quā pulchritè tibi et quām congruè conueniret egregium agnomen hoc, Christianissimus Rex. Sciebas enim hoc in primis exigi ab te, qui legeras in scripturis sanctis eos demum reges seruatae pietatis testimoniu à diuinis oraculis accepisse, qui lucos demonum succiderunt, et excelsa idolorum disipauerunt. Legeras et à Sapiente didiceras, regis esse sedere in folio iudicij, et disipare omne malum intuitu suo. Disipat enim impios rex sapiens, et incuruat super eos formicem, ut scriptum est. Meditatus es et uerbum sapientiae prænuntiantis: Durissimum iudicium in eos qui presunt fiet. Hæc autem libuit in mentem tibi redigere, Gloriosissime Rex, ut tuorum recordatione præclarorum facinorū, exemplo tui ipsius in dies magis atq; magis ad maiora gesta atq; heroica facta semper te ipsum supereris, accendaris. Idq; non ob inanem mundi gloriam, quam ueri sapientes semper floc cisecerunt, sed ob ipsam uirtutis speciem et pulchritudinem, que ad sui amorem mirum in modum trahit animos generosos. Interrogabis fortasse, Domine nř Rex, Quid est hic qui iætat sententias uerboſis sermonibus? Evidem unus ex minimis Christi seruis, sua tamen gratia nonnullo Christiani nominis zelo succensus, et quod ualeat, satagit

git ut hæ mundi pestes (quæ ubiq; ferè serpent) ostententur, opprimantur, erumpant, euaneant. Etiam est annus ex quo enī Speculum hereticorum in lucem, ubi puto satis cerni eorum dolos, insanias, et simul cum uita pessima, doctrinam impiam ac pestilentem. Quem libellum Sanctissimo Domino Nostro Papæ dicatum uolui, ut ipse unicum argumentorum quod in nos heretici impudentissimè iaculantur, quod sunt Ecclesie abusus, ेrektione Serpentis ænei, id est, Christi crucifixi per sanctorum morum instauratem, ex ore illorum eriperet. Quod spero futurum aliquando. Excurrerunt iam anni tres supra uiginti, ex quo uolumina quedam in Lutherum ad Cæfarem destinauit, hortatus etiam suam maiestatem, ut quod erat sui muneris, aduersus insanam illam furiam efficeret, quæ phiala quedam exitialis est ueneno plena, ubi ira Dei in soporem latifurum omnibus qui inde portant, infœliciter admiscetur. Nunc autem cum maiorum meorum mandato agerem in regno tuo, et præsentibus disceptationibus opus cuderem opportunissimum de Christiana iustitia et fructibus eius, auditis regijs tuis uirtutibus (ut iam dixi) uenit in mentem ut id operis, tuae pietati dicarem. Sed cum hinc in Italianam recedendi, expleto iam propter quod ueneram negotio, necessitas mihi incumberet, hortatu eiusdem Reuerendissimi Domini Cardinalis Gaddi, nequini non relinquere, meæ erga tuam pietatem deuotionis testimonium aliquod. Libuit ergo, Claves duas, quas de diuina summi Clauigeri Petri supellestili ad aperienda sacrarum scripturarum arcana multo studio eduxi et fabricauit, ad te interim mittere, et tuae gloriae dedicare, explicans hac

A iii præfatione

præfatione animi mei desiderium ardens, hoc est, ut existimationem & spem à uiris optimis de te conceptam, animi tui generosissimi constantia, & operis perseuerantia conscrues & expleas: cum non te lateat in benè coepitis perseuerantiam coronari. Quid qui student Christi simul ac tue glorie, incredibili desiderio expectant. Cæterum opus ipsum de Christiana iustitia, quod ultimam nunc iam manum requirit, cum perfectum erit ex probatum à Criticis (sicut cætera que ex nostra officina cudentur) si Deus dederit ad te mittam: non ut quicquam ex nobis discas, qui tam sapiens es, sed ut tuo iudicio prokes ipse Christianissimus que nos à scripturis sanctis & præclarissimis Doctrinibus edotti de ipsa Christiana iustitia digestimus. Scio quid & apud te sunt uiri doctissimi, quorum tu studijs & mirifica doctrina frueris, & oblectaris. Est enim inter alios inclita gloria uir Dominus Castellanus Reuerendus Episcopus Tittullensis, de quo qui paucis meritas eius laudes uolunt perstringere, hoc solum prædicant, hominem qui nihil nescire videatur: nam quolibet proponente, ita ad quodlibet extempore respondere auit, ac si rem & recens & diuturna meditatione tractauerit. Est & insignis Theologus Dominus Ioannes Gagnæus, quem et si præclara que edidit opera egregie commendent, hoc tamen eximiè, quod tu illum iudicio tuo in Ecclesiætē multis qui in tuo regno clarent, præcipuum ac peculiarem tibi delegisti, horum poteris de nostris uigilijs & rogare sententiam, & extorquere censuram, quam nec recuso. Quamvis enim sedulò ego curem nihil emittere quod reuocare sit opus, uidens tamen quod sine errore profus aliquo, multa scribere humanam

excedit

excedit infirmitatem, hoc ad me tandem statui pertinere, ne quod est humanum, diabolicum fiat id est, ne quod imprudenter erratum agnouerim, etiam impudenter defendam.

Et hæc satis ad Christianissimum regem, cui ueram atque æternam gloriam, quicunque Christiano nomine censemur, ac merito gloriamur, etiam ex intenis optamus ac deprecamur.



A 117

I N D E X.

INDEX PRAECIPVARVM SEN-
tentiarum quæ passim hoc in uolu-
mine habentur.

A

- A**ccedens ad scripturarum notitiam plura notare debet. pagina. 33.
Ambulatio quid in scriptura sacra significet. 70.
Amphibolia quæ circa orationem consistit qualiter in scripturis sit obseruanda. 284.
Angeli primores inferiores informat purgant et perficiunt. 5.
Animalis homo quæ Dei sunt percipere non potest, stultitia enim sunt illi. 34.
Arс quilibet sua habet peculiaria uocabula. 22.
Affidentiam diuinam summo adesse pontifici ubi res fidei agitur nulli dubium esse debet. 227.
Auris & oculis quid in hoc dicto, quod oculus non uidit, nec auris audiuit, &c. significant. 4.

B

- B**aptismus diuinsimode p̄ sui significatiōe declaratur. 76.
Batologia illa ex Daniele ubi toties idem repetitur non scripturæ uitio dandum est. 198.
Beati Thomæ iudicium de abbe Ioachim. 137.
Bonis operibus Christi promeretur gratia. 51.
Bonum quod quis nescit, nemo potest inquirere. 3.

C

- C**aro militat aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: quod si uincat caro iam non potest diuinos percipere sermones. 36.
Ceci surdi, muti, leprosi, paralyticī, hydropici & similes morbos à Domino sanati & liberati quos figurant. 139.

Caelorum

Caelorum magnitudinē, pulchritudinem, constantiam, ordinē, &c. nemo debet ignorare dei gloriā enarrare. pa. 64.
Ceremonie ueteris testamenti quare per Christum fuerunt annihilatae. 151.

Chaos magnum inter Deum & nos interpositum est, ne cito ad eius cognitionem deueniatur. 86.

Charitas si est opatur, si operari renuit, charitas nō est. 146.
Charitatis erga proximum exercitium quid scripturarum disciplina conferat. 79.

Christus quare typum totius mundi geſiſſe dicitur. 199.

Christus & eius ecclesia & Abrahæ semen esse dicatur. 103.

Christus quare dictus fuit à Deo maledictus. 75.

Christus quare mundo fuerit odiosus & à mundanis reprehobatus. 41.

Christi doctrina multifarie distingui potest. 201.

Christi exterior operatio spirituale aliquid indicabat. 200.

Christum in Psalmis loqui credendum est, licet quādoq; loquatur, quandoq; respondeat &c. 155.

Christum interdum loqui contra seipsum & econtra, fideliter est & discrete intelligendum. 156. &c. 157.

Christum ex nobilissima tribu Iuda & regno David sanguine procreatū esse sufficientissime probatur. 41.

Complere opere quod in scripturis legitur ad eorum intelligentiam uia est præcipua. 78.

Consideratio in hæreticos pulcherrima. 214. &c. 215. Chriſtiano necessaria.

Creatura respectu creatoris nihil reputatur. 57.

Crucis mysterium p̄e omnibus alijs prodigijs admirandum, præq; ceteris portentis uenerandum. 40.

D

Dannatur

I N D E X.

Dominatur illorum mos qui de Christo sermocinantes illum seruatorem potius dicunt quam saluatorem.
Item apostolatū in legationē cōvertunt: et qui alia huius modi sacræ scripturæ uerba superstitionē cōmutat. pa. 21
Deus tanto maiora opera à nobis exigit, quanto ille munera nobis uberiora contulerit. 148.
Deus misericordia motus erga genus humanum, illud à miseria liberavit, & multis donis ornauit. 94.
Deus quare patentia non faciat miracula, & quare sua particulari prospetctione adesse non uelit. 48.
Deus solus uerax est. Et quare omnis homo mendax. 8.
Deus uerbum suum simpliciter prædicari uoluit, ne illius uitus & triuphus humano indignè tribueretur eloquio. 17
Deū coli decēter quare sine cæremonijs impossibile dicatur: et quare ueteribus extinctis, noua fuerūt introducte. 152
Deum sponsa suā Ecclesia prouidentiam habere credendum est. 228.
Deuteronomium, secunda lex interpretatur. 106.
Difficultate uel labore quaestia solent audiūs diligi, & conseruari. 165.
Dilectionis nostræ regula ipsa Dei charitas est. 147.
Divinum auxilium in necessarijs homini non deesse, sacra pagina comprobatur. 5.
Divina mysteria noſſe non omnibus datur èquè perfecte: sed certis & selectis ac maioribus, ut per illos in aliorum notitiam Dei uoluntas deriuet. 5.
Divinitate & uoluptates mundi quare spinis à Christo comparrantur. 67
Discipuli domini multifariè considerantur. 128. &. 129.
Distributuum omne, uariè solet in scripturis accipi. 181.
Doctio.

I N D E X.

Doctiorum mos est non uerecundari concedere, quod minus docti prædicant. pagina. 44. &. 45.
Ecclesia quomodo scripturarū æditiones probet et probauerit. 45.
Ecclesiæ antoritas que sit, & à quo & quando exordium sumperit. 221.
Ecclesiæ negans autoritatem, consequenter scripturam sacram negare censetur. 30.
Ecclesiæ credendum esse scriptura sacra manifestè declarat. 30.
Ecclesiæ autoritas, autoritatibz scripture æquiparatur. 29.
Editio sacræ scripture quam habemus, cuius esse uel fuisse dicatur. 45.
Editione existente dubia, non facile in interpretem retor quendum est uitium. 54.
Editionum scripture receptio, diuersimode est consideranda. 47. &. 48.
Eloquentia respectu diuersarum etatū seu facultatum diuersimode est consideranda. 19.
Eloquentia non est in scripturis sanctis consideranda: nam uirtus Dei in illis est, que non in uana & fallaci uerborum pompa, sed in simplici ueritate consistit. 17.
Eloquentiae uirtutem & ornamentum in sacris literis reperi possit testatur beatus Augustinus. 19.
Eloquentia dici non meretur, que personæ non congruit eloquentis. 19.
Eloquiu Christi quasi rete ad omnes capiendū extēditur. 26.
Error Philosophorum de iudicio scripturarum. 11.
Error est non haberi absurdum autores scripture non

I N D E X.

- non posse errare.* pagina. 16.
Error eorum qui proprio sensu & non eo sensu quo debeat scripturas interpretantur. 31. & 32.
Errant qui uel de scripture mirabilibus uel de his quae futilia uidentur contenti non sunt uel scandalizantur. 31.
Errant grauiter qui perfectioris iustitiae statum nequiter abnegant & respiciunt. 42.
Errant qui à scripturis plus quam in eis contineatur existunt. Nam omnem includit perfectionis normam. 28.
Errat qui ritum Ecclesie in euangelio non expressum contemnit & damnat. 153.
Errauerunt multi qui sua temeritate ausi sunt scripturas sacras immutare. 13.
Esdræ librorum quatuor, duo tantum priores ab Ecclesia recepti sunt. 14.
Expositio & declaratio scripture prophetia nuncupatur, que propria interpretatione fieri non debet. 32.

F

- F**ide, spe & dilectione promeretur Deus. 3.
Fidei definitio. 3.
Figuræ etiam grammatis tis congruentes in scripturis se pisis simè reperiuntur. 116.
Figuratè, metaphoricè uel alijs obscuris modis in scripturis dicta, qualiter sint consideranda. 187.
Fructum iustitiae colligendi modus diuersimode in scripturis considerandus. 127.

G

- G**loria & sapientia & fortitudo nostra in cruce est, qua tamen nihil abiectius uel stultius. 17.
Gloriam Dei uisibilia indicare scripture testatur. 84.

Gratia

I N D E X.

- Gratiarum diuisiones sunt.* pagina. 58.
Græcia sapientes quare à fructu uite & ueritatis repulsi sunt. 39.
Gregorius magnus fertur iussisse destrui ueterū simulachra Deorū que Romæ paſsim circumspiciebātur. 43. & 44.

H

- H**AERETICI & falsi scripturarum interpretes quibus se ipsos fulciant coloribus ne eorum doctrinæ falsitas detegatur, sed potius scripture diuinae conformis esse dicatur. 212.
Heretici scripturā sanctā corrumpere nixi sunt, sed sunt & fuerunt qui eā etiā examinatā luci reddiderunt, ut etiā latīna editionē græca preferendam ostenderint. 54. & 55.
Hereticorū uariorū error in scripturarum mutilatione. 12.
Heresis quelibet quibus comprehendatur autoritatis. 230. & 231.
Hereses spiritus humani ductu procreatæ dicuntur tanquam ab infecta radice. Arbor enim mala fructus malos facit, nec bonos germinare potest. 39.

- H**ominem suæ naturæ superbum, auarum & alii uitiosum esse satis apparet. 41.

- H**omines eosdem diuersi uisissimis nominis in scripturis frequenter habetur. 80.

- H**umilitas necessarium est spiritus acquisitionis initium. 58.

- H**umilitas in scripturarum accessu, quid conferat. 61.

I

- I**acobus & Ioannes petebant terrena eo quod spiritus carnalis adhuc eos possidebat, retrahens à cœlestibus. 37.
Iesus Christus quibus & qualiter adunatus sive coniunctus approbetur. 231. usq; ad finem libri.
Ieronymus in libro illustrum virorum plurima refert de editione

I N D E X.

- editione Bibliae latina seu vulgata. pagina. 46.
 Ignobilitas & insipientia Iudeorum ex quibus ostendatur.
 40. & 41.
 Imagines & alia simulachra quare antiquis fuerunt prohibita.
 143.
 Imitatio uite Christi & sanctorum perfectam parit scripturarum intelligentiam.
 78.
 Improbitas & nequitia eorum qui impugnarunt scripturam sacram.
 11.
 Iniquissimi sunt qui fidei uocabulum fugiunt, qui nomen Iesu allegare exubescunt, ceteraque uerba p̄iissima in sua scriptis pars literis allegare contemnunt.
 70.
 Instrumentum quid dicatur, & quare dicatur instrumentum.
 85.
 Interpres scripturarum, propheta dici meretur.
 34.
 Interpres sacrae scripturae non est indifferenter et absq; exame culpandus.
 55. & 56.
 Interpreti scripturarum non est scriptoris uitium imputandum
 54.
 Interpretationum scripture falsitas quibus uis & medijs agnoscatur.
 211.
 Investigatio uiarum quibus acceditur ad obuiantem spiritum & scripturarum sensum aperientem.
 56.
 Ioannem baptistam pro cibo locustas habuisse qualiter sit intelligendum.
 42.
 Iudeorum error circa receptionem scripturarum.
 12.
 Iudicialia legis antiquae eo cessasse dicuntur, quia in lege euangelica indecenter adhibetur timor.
 154.
 Iuris naturalis præcepta simpliciter sunt obseruanda.
 141.
 Lectio

I N D E X.

L

- L**ectio & meditatio scripture aſſidua quid inducat uel conferat.
 68. & 69.
 Lex noua quare minis etiam capitalibus homines terruit. 154.
 Lex data populo Israël, diuiditur in mandata, ceremonias, & iudicia.
 104.
 Lex per mandata ducebat ad Christum.
 105.
 Legum custoditio incorruptionis consummatio est.
 57.
 Liber ludicum mysteria multa dicitur includere.
 107.
 Lignum quod dulces reddidit aquas & mare, quid significet.
 106.
 Lingue uni, uidelicet Graecæ aut Hebreæ an facilius pro ueritatis persistentia probanda fit adhærendum.
 170.
 Lucerna de qua dicitur. 2. Pet. 1. qualiter sit intelligenda & cuius sit natura.
 7.
 Lucum in dei templo plantat, qui uaniloquio Christum & eius doctrinam obumbrans reddit obscurum.
 22.
 Lutherus historicam scripture narrationem multis in locis male intellexit.
 113.
 Lutherus perniciōſimè dicitur in suis opinionibus processisse.
 59. & 60.

M

- M**Anna quod filii Israël in deserto missum legitur, quid spiritualiter significet.
 118. & 119.
 Manicheorum error in scripturarum receptione.
 12.
 Manicheorum, Arrianorum & cæterorum haeticorum quæta circa diuina opera fuerit insipientia.
 42.
 Maria uirgo quare dicta sit Christi mater et filia.
 91.
 Meditatio

I N D E X.

- Meditatio pulcherrima et omnibus commodissima super eo quod ecclesia prius fuerit quam scriptura. 220.
 Melanchthonis doctrina quare dicatur diabolica. 74.
 Miserrimi sunt quibus nomen Iouis, Cesaris, et Capitolini ex c. dulcior sonat quam Iesu Christi. 23. et 24.
 Mori non dicitur qui fideliter ab hac uita decedit, sed potius dormire. 68.
 Mysteria scripture obscura et ignota sub incerto uenerari religiosum est. 167.

N

- N**ouatus errauit in hoc quod pœnitentiae locum negavit recidiuitibus in peccatum, male intelligens dictum Pauli ad Hebreos. 7. 78.
 Nouum testamētum quibus libris concludatur. 14.
 Nouum et uetus testamentum quare dicantur instrumenta. 8.
 Noui testamenti editio ceteris preferenda pluribus rationibus allegatur. 49.
 Noui testamenti partes an omnes canonice sint receptae. 15.
 Nouorum quorūdā magistrorū amentia notatur qui diuorū imaginibus insultant, et nihilominus ueterum idololatrārum simulachris delectantur. 43.

O

- O**bscuritas uerborum que ex aequiuocatione oritur, quibus uis facile detegi poterit. 73.
 Obscuritas in scripturis multis modis uenire dicitur. 187. et 188.
 Obscuritas scripture qbus deprehēdatur uis et regulis. 168.
 Obscuritas scripture nonnūquam ab aequiuocatione uocabulorum oritur. 171.
 Obscuritatem scripture difficilemū illius intellectum contemnere.

I N D E X.

- temnere iniquum est. 167.
 Oratio imperfecta uel inabsoluta tam ab audientibus quam legentibus reprobatur. 28.
 Oratio inabsoluta in scripturis non est tanquam imperitior coarguenda. 185.
 Oratio assidua multum in spiritus acquisitione conferre dicitur. 62. et 63.
 Ordo rerum gestarum non absq; causa saepius in sacra scriptura conuertitur. 124.
 Ornari res ipsa negat, contenta doceri. 23.

P

- P**Actum patribus ueteris testamenti factum diuersimodo est considerandum. 101. et 202.
 Pactum quod deus cum hominibus fecit, Christus est. 87.
 Pactum quid dicatur. 87.
 Pactum primum cum hominibus a Deo initum qualiter fuerit irritum. 94.
 Pactum primum a Deo cum hominibus initum quare et modo per secundum fuerit immutatum. 95.
 Pactum primum inter Deum et hominem Christus, qui est hominum honor, latitia, angelorum, demonum horr, et c. 89.
 Papa potest errare, nec obligantur Ecclesiae sue membra, ipsius acta uel dicta tamquam semper sana approbare. 225.
 Parabolæ nomine, quid sit intelligendum. 25.
 Paulus quare se sermone dicat imperitum. 25.
 Petra de qua loquitur David, dicens: Percusit petram et fluixerunt aquæ. Christum significat. 120.
 Petrus quare satanas a Christo uocatus est in hoc uerbo: Vade retro satanas. 37.

B. Preceptum

I N D E X.

- Præceptū de Sabbati obseruatione quare mutatū. 142. et 143.
 Præcepta naturalia possunt & affirmatiue & negatiue dis-
 scerni. 144.
 Præcepta cærimonialia unde ortum acceperint. 149.
 Præcepta siue mandata scripturæ multifariam diuidi pos-
 sunt. 140.
 Præcepta cærimonialia eo quia signa aut fidei aut mo-
 rum, non simpliciter sed interpretatiue sunt ac-
 cipienda. 141.
 Præcepta naturalia quare dicantur immutabilia. 142.
 Præceptorum uniuersitas tam positiu naturalis & diuini re
 capitulatur in duo præcepta charitatis. 146.
 Præparatum à Deo bonum homini expectanti quod & qua-
 le fit. 2.
 Prophetæ sèpe proponit gesta uel gerenda iuxta carnis in-
 telligentiam, in quibus non persistit, abscondens spiri-
 tus sancti mysteria. 162.
 Prophetæ quandoq; futura quasi facta pronunciat, & facta
 quasi futura. 163.
 Prophetæ dicitur obscurus propter metaphoricos sermo-
 nes, quibus plusquam alia scriptura utatur. 164.
 Prophetans, ecclesiam edificare dicitur. 34.
 Propheticis sermonis intelligentia quibus iuuetur. 160.
 Promissio Abrahæ à Deo facta quòd hæres esset ipse, &
 semen eius totius mundi, ad Christum usque dicitur
 extendi. 103.
 Promissiones in scripturis adhibite qualiter sunt confide-
 randæ. 204.
 Proximi dilectionem omnis lex exigit. 147.
 Prudentia carnis quare Deo sit inimica. 88.

Questio

I N D E X.

- Q**uestio Scotti de scripturæ & Ecclesiæ autorita-
 te. 216.

- R**Achel quare dicatur Liæ minor in hac uita. 64.
 Regnū Dei eternum est, & uita sui gregis aeterna. 2.
 Regula ad intellectum Psalmorum & Prophetarum. 155.
 Rei uirtus in effectu dicitur exquiri. 26.
 Rete Euangelicum prædicatio scripturæ est, & quid sit
 ipsum laxare & trahere. 134.
 Reuelatio diuina fuisse necessaria dicitur: ut intellectus ca-
 paret, & uoluntas probaret nobis à Deo promissa. 4.

S

- S**apientia aeterna non absq; causa disposuit scripturam
 sacram esse obscuram, & in plerisq; libris intellectu
 difficultem. 165.
 Sapientia summa & uera lux dei ad hominem, causarunt
 unionem. 86.
 Sapientia facile acquiritur, ab his qui diligunt & querunt
 eam. 57.
 Sapientia spiritus est humanae sapientie contraria: & licet
 sermone sit manifestanda, proportionabiliter tamen
 habere debuit sua uerba, non hominum arte sed spiritus
 instructione. 18.
 Sapientia quando & quare dicitur humana. 18.
 Sapientia huius mundi tribuitur nouas uoces in eloquen-
 do fingere, & solitas antiquitus ue inspiratas retro
 ponere. 21.
 Scriptura Christo uacua, quare uaginæ uacue cōparetur. 83.
 Scriptura non intellecta, nihilominus notanda et credenda. 32.

B 2 Scriptura

I N D E X.

- Scriptura talis esse dicitur, qualis est & fuit ille quem continebat. 33.
 Scriptura sacra tantæ est maiestatis, ut à nemine unquam solui potuit. 9.
 Scriptura quot modis diuidatur. 85.
 Scripturam sacram dicimus habere tanquam lucernam in hoc caliginoso mundo lucens, donec dies æternitatis illa luceat. 7.
 Scriptura sacra huius est prærogatiue, ut sola ueritatem continere dicatur omni uanitate exclusa. 7.
 Scriptura sacra quare dicta sermo firmior. 9.
 Scriptura sacra nil defectuum nil superfluum tedium sum uanum ue dicitur includere. 28.
 Scriptura sacra cuius sit utilitatis & efficacie. 10.
 Scriptura sancta diuina prouidentia & inspiratione profusa humana censemur ordinata. 6.
 Scripture historiam quare deus uoluerit quandoq; uideri uanam aut ridiculosam, uel nullius doctrinæ: quod tamē in ueritate sic non est. 113.
 Scripture historica narratio duplicem sensum habere potest. 111.
 Scripturæ historia hyperbolice sèpius est intelligenda. 115.
 Scripturæ ueritatem & perfectionem diuersis modis corruptam esse cognosci potest. 168.
 Scripturæ sacræ materia & finis, Iesus Christus est, & quare. 81.
 Scripturæ sacræ studiosi commandantur à beato Petro apostolo. 7.
 Scripturæ sacræ addens uel minuens quibus subiaceat male ditionibus

I N D E X.

- dictionibus. pagina. 131
 Scripturæ non sunt aliud quam Christus. 33.
 Scripturæ superfluitas aut prolixitas solet legentium animos offendere, & in naufragium inducere. 27.
 Scripturæ sacræ obscuritas non damnanda, sed potius ueneranda est. 27.
 Scripturæ sacræ proprium est aut narrare, aut præcipere, aut confiteri, & laudare: aut uaticinari, & docere. 111.
 Scripturæ in pleriq; locis literaliter intelligere non datur legendis, ipsi præcipue qui nullâ norût allegoriæ. 114. et 115.
 Scripturarum occulta uelle penetrari arrogantis est. Delectatur autem Deus dum uidet hominem, captiuum redendentem intellectum suum in obsequium fidei 158.
 Scripturarum intelligentia qua debeat intentione postulari. 65. et 66.
 Scripturarum familiaritas et assidua collatio, spiritum intelligentiae attrahit. 66.
 Scripturarum perscrutatio cuius sit efficacie. 73.
 Sensus sacræ scripturæ dupliciter est considerandus: literæ literæ scilicet, & spiritualiter. [127.
 Sensus quare dicatur allegoricus. 118.
 Sensus scripturæ historicus quos producat fructus. 125.
 Sensus scripturæ allegoricus quos fructus producat. 130.
 Sensus allegoricus diuersimode consideratur. 130. et 131. et 132.
 Sensus scripturæ allegoricus quandoq; etiam dici potest moralis, eo quia mores perficiat. 139.
 Sermo propheticus quid proprium habeat. 157. et 161.
 Sermonis cultus & phalera, aut potius uerborum strepitus in auribus, sèpius à rei consideratione cor audientis auertit. 22. et 23.

I N D E X.

- Signa à Deo petentes quo spiritu duci dicantur. pagina. 39.
 Simō Magus de quo act. s. quos in Ecclesia representat. 45.
 Spes tāquam anchora firma et tute in hoc mari tumultuoso
 seruanda, fideliterq; iacienda. 3.
 Spiritus ueritatis et spiritus erroris maxima datur contras-
 rietas. 61. et 62.
 Spiritus mundanus in hoc differt à diuino, quod alta admiratur,
 et humilia despicit: diuinus autem humilia respicit,
 et alta à longè cognoscit. 36.
 Spiritus mundanus difficillimè exultur. Regnum enim coelo-
 rum uim patitur. et violenti rapiunt illud. 38.
 Spiritus hominis moueri dicitur ab his que sublimia sunt et
 excelsa: ut stupeat admiretur extollat, et c. 35.
 Sponsa Christi potest singulariter et etiam uniuersaliter
 considerari. 92.
 Sponsam duci indotatam cum inter homines non deceat, sic
 nec apud Deum licet: cum Christus nobilissimus et di-
 gnissimus fuerit, non dimisit sponsam suam Mariam uir-
 ginem sive uniuersalem suam Ecclesiam indotatam. 97.
 Studioſi scripturarum, diuersimodè considerandisunt. 63.
 Summum bonum seu æterna manſio præparatum omnibus
 esse expectantibus et diligentibus: et qualiter intelliga-
 tur hoc uerbum expectare. 2. et 3.
 Superbia et huius mundi spiritus, disciplinam excutere di-
 citur. 59.
 Superfluitas non est in scripturis sanctis tanquam inutilis
 arguenda. 196
 Superfluum haberi non oportet in scripturis propria que-
 dam iudicare, que prenoscit postulat euangelica narra-
 tio ad sui profundiorem intellectum. 199.

Temeritas

I N D E X.

T

- Emeritas non conuenit ſpei. Spes enim temeraria non
 eft ſpes. pagina. 3.
 Terra Effrata et terra Iuda qualiter in nouo testamento con-
 ſiderentur, ubi loquitur de Bethleem. 50.
 Testimonium spiritus, sanctis et Dei amicis, accedere et co-
 operari sancta testatur historia. 229.
 Tullianam eloquentiam quidam diuina sapientie prætule-
 runt, qui postquam spiritum acceperit, ultro humanam
 doctrinam paruipensiſunt. 20.

V

- Vates in quo diſtinguantur à prophetis. 34.
 Vatem eſſe et interpretem autore Hieronymo diuer-
 ſa ſunt. 44.
 Vera rusticè melius eſt, quam falſa proferre diſerte. 23.
 Verbum illud Adæ dictū. In ſudore uultus tui uesceris pane
 tuo. qualiter fit intelligendum. 100. et 101.
 Verbum illud. 2. Reg. 7. Ipſe erit mihi in filium, et ego ero il-
 li in patrem, cui ueniant adaptanda. 83.
 Verbum paruulus qualiter in cap. 1. Luc. fit intelligendū. 50.
 Verba quædam in scripturis appoſita non indifferenter ſed
 caute ſunt exponenda: quemadmodum, audire, ſcire. no-
 ſce, et c. 177.
 Verba ista renouari, et regenerari quid in libris sanctis im-
 portent ibidem.
 Verba scripture que mixtum habent ſenſum, carnalem ſcili-
 cet et ſpiritualē: illa non pure ſpiritualiter, nec pure
 carnaliter ſunt intelligenda. 121.
 Verba scripture que aut per anticipationem, aut per reca-
 pitulationem enarrantur, präcipua indiget conſideratio
 ne, ne

I N D E X.

- ne, ne per hæc labatur lector in errorem. *pagina. 123.*
*Verba pauli Hieronymus audiēs, dicit potius esse tonitrua,
 quam uerba.* ^{25.}
*Verba ista. Ecce ancilla Domini fiat mibi secundum uerbum
 tuum, non à multis fuerunt unquam intellecta.* ^{50.}
Verba uitæ æternæ qui dicantur habere, et qui non. ^{6.}
Vetus testamentum quibus finiatur uoluminibus. ^{13. et 14.}
Veteris testamenti libri, que sit continentia præfigura=
tio. ^{206. usq; 111.}
Via prima ad spiritum promerendum, que sit. ^{57.}
Vias spiritus inuestigare non est inutile. Ibi enim spirat, ubi
cor promptum & paratum nouit. ^{57.}
Viribus proprijs non est in doctrina spirituali querenda fi=
dendum. ^{59.}
Vita et mors in scripturis sanctis diuersimodè sunt inter=
pretanda. ^{78.}
Vita forma perfectissimæ in scripturis sacris à Deo nobis
preposita est. ^{126. et 127.}
Voces rebus seruire non debent, econuerso res uocibus. ^{23.}
Voces permulta in scripturis non semper sunt uulgi more
declarandæ: exemplum de hoc uerbo homo, quod quan=
doq; pro eo qui naturam habet humanam accipitur tam
malo quam bono: quandoq; pro eo solum qui natura ha
bet corruptam et conuersationem terrenam. ^{75.}

F I N I S.

P R I M A E

CLAVIS AD INTEL.

L I G E N T I A M S A N =
 C T A R V M S C R I =
 pturarum confla=

tio, & vsus.



T P R I M A M
 clavē quomodo fabri
 cauerim ostēdam, &
 sic fabricatā exhibeā,
 ut uti posis ad ape=

riendū abscōditā scri

pturarū, pie lector ac

cipe tāquā principia

et dignitates uerè om

ni acceptatiōe dignas.

P R I M V M. Essē homini præparatum à Deo,

Opt. Max. bonum summū, regnū Dei, uitam æternam.

S E C V N D V M. Non tamē omnibus dari hoc

summum bonum & uitam æternam: sed solummodo

inquirentibus ipsum, nam ijs demum præparatum esse.

T E R T I V M. Inquiri non posse, nisi prius co-

gnitum fuerit non solum ipsum quidem quod inquiren-

dum est, sed etiam qua via illud inquiri oporteat.

Q V A R T V M. Nec tamen sciri à nobis posse

ipsum hoc præparatum nobis bonū: nec item uiam qua

ad illud tenditur, humana cuiusquam investigatione,

a aut

2 CLAVES SCRIPTVRARVM

aut doctrina: quoniam excedit omnem facultatem nostram, & naturalem captum.

QVINTVM, Fide tantū apprehendi in hac via. Fide autē diuina reuelatione inniti. Ex ijs omnibus sanè cōcluditur, diuinā reuelationem nobis necessariam fuisse, qua & ipsum bonum nobis à Deo patre præparatum sciremus, & viam siue pactum, quo ad illud adipiscendum possumus promoueri.

Iса. 64+

RVRsum ut hæc omnia de scripturis breuiter nota
fiant, audi Iſaiam prophetam. A seculo (inquit) non audierunt, neq; auribus percepérunt: oculus non vidit Deus absq; te, quæ præparasti expectantibus te. Ex his autem uerbis tibi primum illud elicito, præparatum homini (quod dixi) summum bonum, uidelicet regnum Dei, & aternā uitam à Deo. De hoc enim nimirum intelligit propheta cum ait, Quæ præparasti expectantibus te. Regnum enim suum præparauit nobis sicut & Dominus dixit. Nolite timere pusillus gressus, quia complacuit patri vestro dare vobis regnum: hoc est, vitam aternam. Sicut & alibi dicit. Et ego vitam aternam do eis. Elicito & aliud. Non cuius hominum præparatum hoc bonum, sed tantummodo inquirentibus illud. Nam propheta dixit. Quæ præparasti expectantibus te. Paulus citans eum locū dixit, Quæ præparauit diligentibus se. Ecce quòd nō omnibus præparatum est, sed expectantibus (seu) diligētibus illum, hoc est tandem inquirentibus se (scilicet) fide, spe, & charitate in operibus bonis. Qui enim expectat, etiā sperat, qui autē sperat etiā credit quod sperat: alioquin quis sperare ualeat, quod non credit? Est enim fides

Luc. 12+

Ioā. 10+

1. Cor. 2+

ad he. 11+
2. Co. 4+

CATHA. POLITI.

fides sperandarum substantia rerum. Non sperantur autem quæ uidentur, & temporalia sunt. Ideo fides est substantia sperandarum rerum: est etiam argumentum non apparentium, id est, eorum quæ non uidentur. Nam hac aeterna sunt. Illuc enim usq; progreditur uera spes nostra. Id enim uerè est arduum, penetrare usq; ad interiora uelaminis, & sancta sanctorum: quòd præcursor noster, & pótifex maternum ingressus est IESVS, præparans locum nobis. Vide igitur quo pacto bonum illud non datur nisi inquirentibus, hoc est fide, & expectatione, & in hac spe usq; in finem perseverantibus, quā sicut ancorām animæ tenere debemus tutam ac firmam: incedendo tamen per eam in operibus bonis, (ne sit spes temeraria, quæ non est spes) quousq; occurramus illi, similes hominibus expectantibus dominum suum, quando reuertatur à nuptijs. Sed quomodo auſt expectare quinō diligat tantum bonum, & multo magis (ut par est) tantum donatorem? Ideo dixit Paulus, diligentibus se, declarans quod alius dixit, Expectantibus te: ut in eo uerbo hæc liceat complecti, fidem, spem, dilectionem. His enim uirtutibus inquiritur & promeretur Deus: est in his intelliguntur opera. Nam qui diligit, operatur: qui autem non diligit, nec operatur. Fides enim est quæ operatur sed per dilectionem. Ita enim ipsem dominus dixit. Si quis diligit me, sermones meos seruabit, & pater meus diligit eum, & ad eum veniemus, & apud eum mansionem faciemus. Tertium uero dicitū quis neget quòd nemo posset inquirere bonū quod nesciat: quod IESVS apprehendit pro nobis? Sic enim ait Thomas. Domine nescimus quòd vadis & quomodo Ioā. 14+ do possu

1. Ioā. 3.
Quenam non dili-
git mar-
nitim te,Gal. 5.
te,

1. Ioā. 4.

4 CLAVES SCRIPTVRARVM

do possumus viam scire? Quò ibat enim, finis et bo-
 Jean. 12. num nostrum erat. Ego (inquit) vado ad Patrem, et
 vado parare vobis locū. Hæc est enim vita æterna,
 ut cognoscat te solum verum Deum, & quem mi-
 fisti IESVM Christum. Quartum uero, et Quintum
 quod sum p̄fimus, elicito ex eo quod ait: A seculo
 non est auditum, hoc est, A peritis sacerdotali sciētia nō
 est auditum. Neq; auribus perceperunt, Aures (puto)
 cordis significat, id quod Paulus dixit. Neq; in cor ho-
 minis ascenderunt. Oculus non vidit absq; te o
 Deus, id est, nulla humana speculatio perficere potuit
 absq; te, id est, absq; tua reuelatione: aut (ut quidā legūt)
 præter te, id est, te solo excepto. Quia tu solus nosti,
 que preparasti expectatiis (sive) diligētibuste. Et ideo
 tu solus, qui nosti, potes ea reuelare, et nos de tua reue-
 latione scire: nō à carne et sanguine, sed à te patre coe-
 lesti, qui reuelasti ea Petro, et reuelas aſidue parvulis.
 Ergo fide, que coelesti reuelatione innitur, suscep-
 mus reuelatum bonum. Et hoc est quod post illa uerba

Mat. 16.
 Sc. 2.
 1. Cor. 2.
 Psal. 115.
 Nota.

subiunxit Paulus. Nobis autem reuelavit Deus per spi-
 ritum suū, et alibi. Credidi propter quod locutus
 sum. Ecce iam uides quām clarē resultauit conclusio
 quam de premisiis expreſſimus, uidelicet opus fuisse re-
 uelatione diuina, ut intellectus caperet, et uoluntas pro-
 baret quod offerebatur nobis, et promittebatur à deo
 per spiritum suum. Non enim sumus nos homines uelut
 insensata, aut animalia bruta, que in suum finem suapte
 natura, et indito instinctu ducuntur, quia suus finis suā
 ipſorum non excedit naturam. Nos autem qui presta-
 mus mēte et ratiōe, decuit altiore fini honorari: et per
 hæc

CATHA. POLITI.

Hæc ipsa suauiter in ipsum finem dirigi et moueri uo-
 luntate libera, que in utruq; possit. Ergo iam probata
 conclusione hac uidelicet, nec essariam fuisse diuimā reue-
 lationē, qua summū bonū nobis à deo præparatū scire-
 mus, ac simul uia qua tenderemus in illud, si ad illam, et
 hæc adieceris, Deū in necessarijs nō deesse cuius perfe-
 cta sunt opera. Nec tamē pro dignitate ipsius ac rei p̄ Deut. 32.
 stantia fuisse, singulis hominibus immediate diuinitus
 Necessaria, sed certis et selectis ac maioribus, ut per eas scri-
 illos in aliorū notitiā dei uoluntas deriuaret (hic est enim p̄turæ
 ordo ex prouidētia Dei sicut seruatur in cœlestibus, ut
 primores angeli inferiores illuminent purgent perfici-
 ent ut Dionysius docet) ac simul cogitaueris quod de cele-
 ijs quibus ab initio reuelatum fuit, non erat datum per Hier.
 petuō manere super terram, ut quæ à Deo accepissent
 omnibus futuris generationibus ipsi contraderent: et
 quod nec esset bonum neq; tutum in singulis generatio-
 nibus renouare reuelationes, neq; item tutum, que iam
 factæ essent, eas quasi per manus à maioribus tradi, cum
 multiplicata essent nimis, sare per spes ad ea seruanda
 et custodienda quæ reuelata essent, nihil aliud iam su-
 peresse commodius, tutius fideliusq; quām scripturam.
 Atq; ex his tandem resultare iam conflatam probatamq;
 tibi primam clauem, quæ etiam ab ipso clauigero Petro
 mihi probata est. Nam ipse mihi hanc exposuit suis
 uerbis, ut paulo post inducam, quam ego nunc meis
 exprimo.

HAEC est enim prima clavis. Prudentia dei ordi-
 natam et spiritu sancto inspiratam esse scriptu-
 ram ad

Rom. 15.
Io. vii.
ram ad doctrinam nostram, ut inde sciremus uerum bonum nostrum et uiam sive pactum quo procedendum sit nobis legitime ad obtinendum illud. Hec uero quæ premisi cuncta, ita puto luce ipsa patentis ueritatis esse perpicua atque illustria, ut nemo sanus, si quod enuncia mus intelligat, non simul quoque ut compertu recipiat. Nunc igitur illud opus ut accepta clavi hac iam tibi ipsi per illam aperias, quæ per illam patet consideranti.

Vsus primæ clavis & quæ per illam aperiantur.

PRIMVM igitur aperies tibi, quod cum scriptura hæc Dei prouidentia et à spiritu eius benignissimo, ordinata sit pro doctrina nostra, quod et Paulus dixit, Rom. 15. Quæcūq; scripta sunt, ad nostram doctrinā scripta sunt. Et non ad qualemcumque doctrinam, sed ad summi eterni boni notitiam (quoniam hæc est homini uera sapientia et prudentia noſſe hanc dei erga nos bonam uoluntatem et benignam) uerè sapientis est omni cura omniq; studio illi intendere atque incumbere, et in eam sancti clauigeri sententiam toto spiritu conuenire, qui cum rogatus esset à domino cum cæteris discipulis, utrum et ipsi uellent deserere sicut et alii multi, qui spreuuerunt sermonem salutarem, diuino impulso respondit. Domine ad quæ ibimus? vitæ æternæ verba habes. Non habet Plato uerba uitæ æternæ, non Aristoteles, non Hypocrates aut Galenus, non Demosthenes aut

Hier. 9.
Ioan. 6.
Cicero

Cicero, non Homerus aut Virgilius, non denique quisquam Philosophorum Rhetorum Poëtarum. Sed hæc scriptura uerba uitæ æternæ habet, ideo dixit dominus. Scrutamini scripturas: quia vos puratis vitâ æternâ habere in eis. Quare et idem clauiger scripturæ huius studiosos commendat his uerbis. Et habemus (inquit) firmiores propheticū sermonē cui bene facitis attenedētes quasi lucernæ lucenti in caliginoso loco do nec dies illucescat, et lucifer oriatur in cordibus nostris. Vide ut comedat eos qui scriptura isti quæ continet oracula prophetarū attendunt, quæ et lucernâ uocat lucem in caliginoso loco. Locus enim caliginosus ubi sunt tenebrae, est anima nostra et cor nostrum cuius oculus ad hæc cœlestia ex antiquo peccato caligat, nisi admoueat illi lucerna hæc lucens et ostendens uitam, ueritatem et uiam, donec illucescat nobis perfectius ipse dies, qui est gloria sanctorum, et lucifer ipse, id est, uerus iustitia sol Christus oriatur in cordibus nostris, quod erit in postremo ipsius aduentu, quem nos speramus, quando illustrabit omnia. Tunc enim occurrentes ei, perfundemur eius luce, fugatis tenebris in sempiternum. Tunc ipse erit uera nostra scriptura, ipsamet lux nostra, in quam proficiemus legentes ibi et colligentes omne bonum, perfusi gaudio inenarrabili.

SECUNDUS aperies tibi hac eadem clavi manu illam accipiens et illa utens q; hæc sola certissima ueritatis est scriptura, et mirificæ utilitatis, ac potestatis, ut sola digna sit vocari diuina, sacrosancta et simpliciter scriptura. Dico certissima ueritatis. Si enim dei pro certissima ueritatis ordinata est, et à spiritu sancto inspirata, ut ille

Scriptura
certissima
ueritatis.

a iiiij met

met Claviger docuit post illam uerba dans nobis quam proposui clavem & dicens. Hoc primum scientes quod prophetia scripturæ non propria interpretatione fit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia sed spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Si ergo à spiritu sancto profecta est scriptura, illo inspirante Prophetas, & ueluti amanuensibus illis utente, quomodo ibi erit error

Roma, 3, 1. ullus? Esto Deus uerax & omnis homo mendax.

Nota. Ad hæc si humanæ scientiæ de suis quibusdam educuntur principijs, quæ ita sunt certa ut sanis non contingat dubitare de illis, cur non etiam magis hæc de deo scientia sua habeat certa principia quibus regatur, & ut perducatur in suum finem? Sed cum non innascantur nobiscum principia hæc, ut diximus, oportuit esse reuelata, & ita certis ac selectis contineri scripturis. Deniq; cum ipsa scriptura (ut suo loco dicetur) non aliud contineat quam legem & pactum & testamentum, quæ dignatus est nobiscum disponere Deus, & in hominum instrumentis nullus ferat uel minimum mendacium sed universa reddantur suspecta si quid à ueritate comperiatur alienū, quanto id magis obsecro in instrumentis diuinis? Ob hoc enim instrumenta uocata sunt à priscis patribus uetus & nouum testamentum, nimisrum & instruant de pacto & uoluntate dei, quam habet nobiscum. Et spiritus sanctus,

Roma, 8, 1. Cor, 2, ueluti paronymphus, & qui nouit profunda Dei, primus author horum instrumentorum dignus est haberi

Matt, 22, 1. dici. Quapropter & dominus producendo sententiam David non citauit illum simpliciter dicens. Dixit David. Sed. Dicit David in spiritu, Et Iсаiam citans ait.

ait. Bene prophetauit de uobis Iсаias. dixit, Prophe^{tus} Matt, 13, tauit, ut indicaret illum non de suo sensu aut coiectura, sed à spiritu sancto accepisse que prænuntiavit. Et Paulus att. Dicit scriptura Pharaoni, ut quod dixit Deus, scripturam dicere manifestet: quoniam Deus est per scripturam loquens. Et ut hoc sciremus non hoc pertinere ad partem scripturæ sed ad omnem scripturam: testatur alibi quod Omnis scriptura diuinitus inspirata est. Est ergo certissime ueritatis, ac propterea inuictissimæ autoritatis. Non enim potest solui scriptura, ut dixit dominus. Tantæ autem maiestatis est, ut uel hostes illius haec scripturæ dignitati eius prætextu se protegant hypocrisis pallio. Oportet etiam esse illam perpetua firmitatis. Quapropter idem Claviger aiebat. Et habemus firmiorem sermonem. Firmiorem (dixit) quia longa hominum ap[er]probatione confirmatus erat, deo illum mirabiliter prouidentia conseruante, ut peritus sit mundus et quæcumque sunt mundi priusquam unum iota & unus apex ex ijs Matt, 13, uioletur, donec omnia compleantur. Cœlum & terra transibunt, verba autem mea (inquit dominus) non transibunt. Utilem uero eius quis neget? Etenim Scriptura utile ibi est dominus magister, qui ait: Ego dominus doces ueritatem. Et Paulus de illa, quod utilis est ad docendum, ad erudendum, ad arguendum, ad corripiendum, ad erudendum in iustitia, ut perfectus sit homo Dei ad omnem opus bonum instructus. Quid amplius poterat ab illa scriptura desiderari? que docet uolentes, redarguit contradicentes, corripit impios, erudit infantes in iustitiam & ad omne opus bonum? Est enim ciudem scientiæ circa idem & ueritatem statuere & contrariam depellere

Rom, 9,

2. Tim, 3,

10, 10,

Matt, 13,

Scriptura utile

ras.

2. Tim, 1,

depellere falsitatem, atq; ostentui tradere. His enim munitus armis sanctae (scilicet) huius scripturae audiebat,
 2. Co. 10. ille qui se idoneum demonstrabat ad destruendum munitiones, & consilia, & omnem altitudinem extollentem se aduersus scientiam dei, & redigendum in captiuitate omnem intellectum in obsequium Christi. Et quanta est, mirabilis Deus, huius scripture potestas, que si parum gustetur sic pascit, sic trahit animos, ut pre illa incipiant putere omnia: sed nemo scit nisi cui datum est experiri quod quidam aiebant: Non ne cor nostrum ardens erat in nobis dum loqueretur nobis in via, & aperiret scripturas? Et hoc est manna illud quod nemo nouit nisi qui accipit, quamquam non hic habeatur perfe
 2. Cor. 5. cte, sed est arra quedam uitæ æternae. Quamobrem sola scriptura hec digna est quæ dicatur diuina, & sacra, & sancta, & omni honore & acceptione digna. Ideo diuina, quod de hac sola certi sumus quod sit à Deo, & ideo sancta, quia munda est, & munditiam docet, ab omni penitus errore immunis: quod et oportuit, ut certò sciremus quid recipiendum sit in autoritate, & in quod conuenire omnes oporteat, ut idem dicamus omnes, & non sint in nobis schismata, nam omnis alia scriptura de errore aliquo suspecta est. Et ideo hanc sacram esse oportet, id est, ab alijs segregatam. Nam et hæc sola merit uocari simpliciter apud Paulum scriptura, ut hanc solam amplectemur, illa solum inniteremur, omne studium, omnem solitudinem, deniq; neruos omnes intenderemus in illam.

TER TIO EX HIS tibi facile aperies ut uideas aceruum errorum (scilicet) eorum qui aduersus hanc

hanc scripturam peccauerunt, & primus quidem error philosophorum in promptu est, eorum dico qui penitus illam neglexere, & solo improbarunt contemptu, ut uulgæ fertur de Aristotele (quamquam ego non credo) qui Moysen dicitur desse exisse, quod quæ proponeret non probaret. Sic Auerroës & alij qui illum secuti sunt ei similes, quasi uero quæ à nobis probari non possint, continuò non esse etiam conuincant, aut quasi quæ fide recipienda proponuntur demonstrabilia sint, quæ sui aletitudine rationem excedunt alio modo conuenienter uel tradi debeantur, quam reuelatione, uel suscipi possint, quam fide: sed ignorarunt eius sententia pondus quam monebantur. Audiens sapiens sapientior erit. Certe Proverbi Singula. ria sancta scriptura diuina, quod de hac sola certi sumus quod sit à Deo, & ideo sancta, quia munda est, & munditiam docet, ab omni penitus errore immunis: quod et oportuit, ut certò sciremus quid recipiendum sit in autoritate, & in quod conuenire omnes oporteat, ut idem dicamus omnes, & non sint in nobis schismata, nam omnis alia scriptura de errore aliquo suspecta est. Et ideo hanc sacram esse oportet, id est, ab alijs segregatam. Nam et hæc sola merit uocari simpliciter apud Paulum scriptura, ut hanc solam amplectemur, illa solum inniteremur, omne studium, omnem solitudinem, deniq; neruos omnes intenderemus in illam.

S E C U N D U S E R R O R eorum manifestatur, qui non sol improbarunt scripturas has, contemnentes illas, uerum etiam impio furore editis uoluminibus oppugnare multis in locis conati sunt, ut Celsus, Porphyrius, & insignis Apostata: qui non dubitarunt improbitæ, mendacij & contradictionis nostros prophetas & Euangelistas arguere. Sed hoc ipso illorum auctoritate atq; impio, quo partit eorum insipientia atq; inficitia, patuere simul & mendacij, & spiritus contra dictio[n]is iniquis in illis. Scimus autem nonnulla offendit primo aspectu in scripturis, quæ apparere possunt inexcuditis

Error
philoso-
phorum
de iudi-
cio scri-
pturnæ

Eccle. 3.
Dap. 8.

Improbi-
tas eorū
qui impū-
gnarunt
scrip-
turae

ruditis ac parum assuetis in illis aut levia, aut inepta, aut falsa, aut etiam pugnantia iniucem. Sed si ea fide ac pietate à principio in illas ingredemerum sicut decet, ut putaremus constanter spiritum sanctum esse illarum autorē, cum huius rei plurima perhibeantur argumenta: ipse monstrare procul dubio dignaretur nihil ibi leue aut ineptum, nihil falsum aut inconstans, sed cuncta grauiissima, congruentissima, uerissima, et mira tandem secū confessione cōcordissima ac fibip̄sis iniucem mirifice contestantia.

Iudeorū
error cir-
ea scriptu-
rarum re-
ceptionē.

TER TIVS æquè hinc patet Iudeorum error, qui solum uetus testamentum recipiunt, ubi est hæreditas bonorum terre, et nouum reieciunt in quo hæredes cœlestium scripti sumus. Sed hic error meritam et congruam sibi poenam habet, uidelicet ut utriusq; testamenti hæreditate priuentur, qui in iniuriam testatoris, et quod iam exoleuerat maluerunt, et quod erat potius et uigebat, utpote eternum, repudiarunt.

Manichae-
orum er-
ror in re-
ceptione
scriptura-
rum.

Q VARTVS error Manichæorum, qui econuerso negantes uetus testamentum, et nouum peruententes et corrumpentes, Deum ipsum unum autorem dividiscunt in duos. Vnde cum testatorem non agnouerint

(ut par erat) nec, qui testatori astipulabantur, legē ac prophetias receperunt, merito et ipsi omni hæreditate priuati sunt: nec enim intellexerūt, quod Magister ipse dixerat, quod ad scribam doctum pertinebat, de thesauro suo proferre noua et uetera.


Variorū
heretico-
rū error i-
mutatio-
ne scriptu-
rarum.

Q VINTVS error eorū est, qui quāvis utriusq; testamenti paginas cōfiteantur, mutilant aliquas partes tamen, quas esse sanctas et canonicas negant, et quod est

est omnium improbisimum, audent etiam illas erroris arguere, idq; contra iudicium atq; sensum sanctæ Ecclesie: contra quos ego alibi differui, et particulari etiam libello disputavi propter nouitios magistros id audētes.

S E X T V S error eorum qui improbisimi au-
tent quicquam commutare in scripturis, aut quasi men-
dosum censere, nec probabili ulla ratione mendositatis pīa in scri-
adducti, nec ullo emendatione codice freti, unde mēdam temerita-
quam ipsi fingunt ualeant comprobare, sed propria cen-
sura et de cerebello suo id facere audentes summa im-
pudentia, quod et Manichæi fecerunt, non metuentes
sibi à diuina illa comminatione. Si quis apposuerit ad Apo.vit.
hoc, apponet Deus super illum plagas. Licet enim in
sacris codicibus irrepare potuerint nonnulli errores,
uel scriptorum inertia, sive incuria, cum de exemplari
transcribunt, vel translatorum imperitia aut oscitatio,
cum de lingua uertunt in linguam: tamen quod omnes
penitus codices omnis linguae corrupti sint, August. tc-
ste, non est credendum, quia non erat diuinæ prouiden-
tia hoc permittere. Quocirca opportunum cēsio nunc
scripturarum catalogum quem catholica multo tēpore
seruauit et monstrauit Ecclesia, sicut et nos sanctorū
ipsorum patrum ac summorum Pontificum sententijs
et decretis instructi sumus, breuiter annexere.

Catalogus diuininarum & canonica-
rum scripturarum.



RIMO I GITV R uetus testamentum
his uoluminibus finitur. Ante omnes enim
scripturas est Pentateuchus, id est, quinq;
libri Moseos, Genesis, Exodus, Leuiticus,
Numeri,

Augu. in
Mani-
chæos.

Numeri, Deuteronomium. Hos sequitur unus Iosue. Iudicum unus. Ruth unus. Regum quatuor, quanquam priores duos Hebrei, Samuelis titulo praeontant. Duo autem Paralipomenon. Esdrae duo priores. Nam duos posteriores nūquā agnouit Ecclesia. Licet quidam, uidelicet unus aut duo ex uiris ecclesiasticis citent ex il lis sententias, non ut probantes volumen (ut existimo) sed ut aliquid inde boni & ueri colligentes, sicut & scripturarum interdum autores de Apocryphis collegerūt, & annexuerūt suis, quia omnis ueritas est à spiri tu sancto. Post hos sequitur Thobiae unus. Judith unus. A Ester unus. Iob unus. Psalmorum unus. Parabolaram Salomonis unus. Ecclesiastes unus. & Cantica Canticorum unus. & Sapientia unus, & Ecclesiastici unus. Quos libros quinq; plurimi ueterum Salomonis esse dixerunt, quia uel scripsit Salomon, ut cōstat de quibusdam, uidelicet de Proverbis Ecclesiaste & Canticis, uel ex eius dictis aut scriptis ab alijs fideliter collecti sunt, ut de reliquis rationabiliter creditur, quāquam autor ille libri Sapientiae se indicet Salomonem. Hos sequuntur quatuor libri prophetarum maiorum Isaiae, Hieremie, Ezechialis, Danielis. Hieremia autem annexatur Treni, & oratio, & Baruch propheta. Post hos ueniunt duodecim Prophetae minores Oseae, Iohel, Amos, Abdias, Ionas, Micheas, Naum, Habacuch, Sophonias, Aggeus, Zacharias, Malachias. Ultimum locum habent duo libri Machabaeorum. his concluditur uetus Testamentum.

NOVVM uero habet, primū quatuor Euangeliorum libros. Primum Matthæi. Secundum Marci.

Tertium

Tertium Lucae. Iohannis quartū. Tum Actus apostolorum Lucae. Tertio Pauli Epistolas quatuordecim. Ad Romanos unam. Ad Corinthios duas. Ad Galathas unam. Ad Ephesios unam. Ad Philippenses unam. Ad Collosenses unam. Ad Tessalonicenses duas. Ad Timotheum duas. Ad Titum unam. Ad Philemonem unam. Ad Hebreos nouissimam. Hic tamen ordo non secundum tempora quibus scripti, sed secundum spiritum qui sic arcana ratione digessit accipitur. Sequuntur Epistola Canonica septem. Iacobi una. Petri due. Iohannis tres. Iudea una, que similiter ordinem à spiritu sancto acceperunt in volumine non secundum dignitatem Apostolorū. Nam que Iacobi est, illas Petri & aliorum ex arcana ratione præcedit. Sic & in ipso numero mysterium esse propheticum non dubito. Nouissimum locum habet Iohannis dilecti Apocalypsis. Et hoc testamentum totum grecè scriptum fuit, præter Euanglium Matthæi, & epistolam ad Hebreos, sicut plurimi ueteres authores testati sunt. Quod nec sine arcano est mysterio. Ergo supra scriptos omnes libros sanctos esse, diuinos, atq; canonicos, non arbitror fas esse cuiquam dubitare, cum consuetudo omnium Ecclesiarum tam diurna, & decreta pontificum tam manifesta, & sancti patres ac ueteres doctores qui laudem in ecclesia meruerunt miro consensu comprobauerent: licet aliquando de quibusdā in ecclesia fuerit dubitatum, nō tamen à præstatoriibus autoribus quos ego se qui malui, quām unū aut alterū ex obscuris aut summulariis quosdā, unde noui heretici ansam iniquè capiūt cōtradicendi, nescientes quod processu temporū, ut inquit

Hierony

Hieronymus) et probatur et confirmantur ex autoritate inualeſcūt scriptura, idq; præcipue cū à Romana ſede tanquā ſanctæ et canonica decernuntur. Quid in ſupra dictis facile patet, et particulari diſputatione latius manifeſtaui, unde poterit mutuari lector qui in hoc loco plura deſideraret.

Error Erasmi non habentis scriptura ſunt, ut non habuerint pro impossibili et re absurdâ ali pro abſurdo erraliſt scriptura ſum, ut non habuerint pro impossibili et re absurdâ ali quid erroris ijs scripturis inefſe per humanam quandā incogitantiam aut memoria lapsum illorum, qui illas primū tradiderunt, ideſt Prophetarum aut Apostolorum ſue Euangelistarum: nec hoc derogare fidei arbitrantur ſed potius adiuuare, nec hereticos putant qui talia ſentient. Verum abſit à corde pio tam impia cogitatio contra ſpiritum sanctum. Si enim scripturæ huiusmodi quauis parte, uel minutulum errorem, aut mendacium admitterent, merito ut prudentiſime docuit Augustinus, noſtra fides in uniuersum nutaret et periclitaretur, nam ſicut in principijs non potest falſum quicquam ſubeffe, ita nec in ſcripturis sanctis, quas principiorum loco dedit nobis ipſe ſpiritus sanctus. Quamobrem impie ſatis dicit quidam ex his qui male audiunt in ecclēſia. Dicit enim. Ex his quæ apostolus in epiftola prima ad Corin. capi. 7. ſcripsit, mea ſententia ſatis, ne dicam plus ſatis mordicus tenemus, ueluti de diuortio et c. Alius eſt auſus dicere Paulum de excommunicacione non censuisse ſecundum Christi ſententiam. Et ita uides huiusmodi homines et ſcripturæ et apostolorum factos eſſe cenſores a ſemetipſis, ac propterea in iſpis foribus cœcutientes.

Erasmus
in anno,
ſuper
Matt. c

Erasmus
notatur.

Caietan.

Oſtauſus

OCTAVVS error quorūdam, qui eloquentiā nescio quam in ipsa ſcriptura deſiderant, qua iſi plus eloquen-

nimo delectantur et gloriantur, ignorantēs conſilium derant in

et uirtutem Dei, qua non in uana et fallaci uerborum ſcriptu-

pompa ac ſtrepiuſ, ſed in ſenſis et ſimplici ueritate co-

ſidiit: tātumq; abeft ut diuinorum mysteriorum ſcripto-

ribus affectanda fuerit ſecularis haec eloquentia, ut etiā

de industria et quam maxime fuerit deuitanda, ne per

eam ſimplicitas et uirtus crucis obumbraretur.

Quare Paulus non aliud ſe ſcire quam IESVM Chri-

i. Cor. 2,

ſtum, et iſum quidem crucifixum protestans, Sermo &c. 1.

meus (inquit) & prædicatio mea non in persuaso-

rijs humanae ſapientiae verbis, ſed in oſtentione ſpi-

ritus & uirtutis, ut fides uera non ſit in ſapientia

hominum ſed in uirtute Dei. Conſidera prudens le-

ctor, et uenerare diuinum conſilium. Quid abiecius,

Provi-

quid infirmius, quid ſtultius crucis? Et tamen in ea poſita

tute cru-

ta?

ta est gloria, et ſapientia, et fortitudo noſtra. Rurſum

quid infirmius, quid ignobilis, quid inſipientius in con-

ſpectu mundi quam illi priſci crucis prædicatores?

Et tamen iſi mundum uicerunt, qui et hoc iſum confe-

bantur dicentes: Nos ſtulti propter Christū. Et iterū.

1. Cor. 2,

Habemus theſaurum hunc in vasis fictilibus. Cum

igitur et quod prædicabatur abieciū eſſet ante oculi

2. Cor. 4,

los hominum, et qui prædicabant ſimiliter, non ne opor-

tuit ſimiliter et iſum prædicationis ſermonē uile eſſe,

ut ita magis apparet uirtus Christi latens, ne quod

erat ſpiritus et uirtus Dei, uidelicet adeo mirabile ſi

dei incrementum et ſeculi huius principum expugna-

tio, atq; triūphus, humano indignè tribueretur eloquio.

b

Neg;

Pro elo- Neg: uelim tamen putare quemquam scriptura sermo
quentia scriptura nem sua carere eloquentia ex dicendi doctrina, cū pau-
rum. lē post idem Apostolus confiteatur se annuntiare quæ à
Deo donata sunt nobis, non in doctis humane sapientiae
uerbis, sed in doctis spiritus, spiritualibus spiritualia cō-
parantes, ac si manifestius hoc pacto diceret: Est huma-
na sapientia, quam mundi sapientes conantur exprime-
re, quæ habet conuenienter sua uerba docta, quæ mūdo
conueniunt, quæ ipsa docet (uidelicet) arte hominum in-
uenta, coloribus ornata, diligentia composita, atq; in-
structa. Sed est etiam sapientia spiritus, illi hominum sa-
pientiae contraria, quæ cum sit etiam sermone manifesta-
da, debuit habere proportionabiliter sua uerba docta,
non arte hominū tamen, sed spiritus instructione: uide
licet ut ipse spiritus est purus, simplex, sobrius, castus,
ita ex uerba quæ docet ille casta ex sincera ex simpli-
cia ex in affectata, ut scriptū est. Eloquia domini elo-
quia casta, argentum igne examinatum probatum
terræ purgatum septuplum. Atq; ideo dixit Paulus.
Spiritualibus spiritualia comparantes. Id est, spiri-
tuali sapientiae enarrandæ comparantes, id est, conferen-
tes atq; aptantes proportionabiliter, etiam spirituali sermonem, non secularem quem requirit illa hominum
sapientia. Nemo igitur iure mirari debet, si id eloquentie
genus spirituale, quod à sapientia spiritus proficiuntur ex seruit spiritui, ut malit ipsum spiritum quam sese
ostentare, ex eruditorum malit implere pectus quam au-
res, ab ijs ignoretur, imo etiā improbetur, qui uerbo ac
sermoni dat primas. Quāobrè Augustinus ille excellēs
Augu. de doc. chri. doctor, cū sibi hæc quæstionem proponeret, an autores
noſtri

nostri, qui inspiratione diuina scripturarum uolumina tradidere, sapiētes tantummodo, an uero etiā eloquentes sint nūcupandi, hæc sententiam, sicut uerissimè ita quoq; elegatissimè, protulit. Hæc quæstio apud me (inquit) & apud eos qui meū qd̄ dico sentiūt facilimē sol uitur. Nā vbi eos intelligo non solū nihil sapientius, verū etiā nihil eloquentius videri potest. Et audeo dicere, omnes qui intelligūt recte quod illi loquuntur, simul intelligere non aliter eos loqui debuisse. Sicut enim est quædæ eloquentia, quæ magis ætate iuuenile decet, est quæ senilem, nec iā dicenda est eloquentia si personæ nō congruat eloquentis, ita est quædæ quæ viros summa autoritate dignissimos planèq; diuinos decet, hac illi locuti sunt, nec illos decet alia, nec alios ipsa. Ipsis enim cōgruit, alijs autem quāto videtur humilior, tanto altius nō vēto-
ritate sed soliditate transcendit. Vbi vero non eos intelligo, mihi quidem minus appareat eorum eloquentia, sed eā non dubito esse talem qualis est vbi intelligo. Possem quidem, si vacaret, omnes virtutes & ornamenta eloquentiae de quibus inflantur isti qui linguam suam nostrorum autorum linguae non magnitudine sed tumore præponunt, ostende re in istorum libris sacris, quos nobis erudiendis, et ab hoc seculo prauo in beatum seculum trāferendas prouidētia diuina puidit. Sed nō ipsa me, plus quam dici potest in illa eloquentia delectat, quæ sunt ijs viris cū oratoribus gērilū poētis uo communia. Illud magis admiror & stupeo, quod ista nostra eloquentia ita vñi sunt per alterā quandā eloquentiā
b ij suam.

suam, ut nec in eis deesset, nec emineret in eis: quia eam nec improbat ab illis, nec ostentari oportebat: quorum alterū si vitaretur, alterum putari posset, si facile agnosceretur. Et in quibus forte locis agnoscitur à doctis, tales res dicuntur, ut verba quibus dicuntur nō à dicente adhibita, sed ipsis rebus velut sponte subiuncta videntur, quasi sapientiam de domo sua, id est, de pectore sapientis procedere intelligas, & tanquam inseparabilem famulam, etiam non vocatam, sequi eloquentiā. Hæc uir iste

¶ Cor. 2. quādō factus est spiritualis, ut posset omnia iudicare, et spiritualia examinare per spiritū. Nam ante quām talis esset, diuersum censebat, ut ipsem fatetur, qui scripturam hanc diuīmā non tanti pendebat, ut Tullianē dignitati comparandam esse existimaret, ut alio in loco confitetur, & damnat, quia nō spirituali oculo rem sanè per

spiciebat, nec iudicium de spirituali gustu, sed à gustu hominum proferebat. Sicut & isti modo qui ad officinā & cudem siue Demosthenis siue Tullij, & huiusmodi per paucorum eloquentium probare solent quæcumq; le-

Cōtra af- gunt. Atq; utinam quidam ex his, non multo essent suis fectato- ijs autoribus iniquiores, qui adeò superstitionē certis se- res elegā- tice secu- lectis q; uocibus se se addixerunt (quod eloquentiam uo- laris. cant) ut abq; illis omnis fordescat oratio, ac naufragem eis moueat. Præterea, humilitatis hac uoce abstinent in eam significationem, que solet à scripturis & ecclesiasti- cis pañim accipi, & malunt pro humilitate, aut demissio nem, aut modestiam dicere, aut quid tale. Fidei quoq; uocabulum similiiter quidam fugiunt, cum significare uolunt, quod iam illa uoce ab omnibus exauditur, & loco eius,

Auginii confessi-

eius, persuasionem aut religionem substituunt, neq; sic tamen idonee exponentes quod uolunt. Sic & IESVM uocare pijsimū, & pijsimam matrem, piaculū arbitrantur. Neq; illum saluatorem appellare audent, sed seruatorē potius. Supponunt & pro apostolatu, legationem, huius elegatiæ gratia: & alia huiusmodi plura rejiciunt, quo certe improbam superstitionem, ne dicam impiam, ostentant. Illud autem proculdubio uerum, si ueram illi uirtutem humilitatis, illam in quam uirtutem, quæ demū sublimes nos facit haberent, non ab ea uoce abstinerent quasi humili & abiecta, ob eam gratiam quod in ea significatione non fit Tulliana. Item si fidei lumine illustrarentur, minime dubitarent etiam eam uocem recipere in hunc significatum, quo innumeris & eloquentissimi ecclesiastici uiri pañim usi sunt: & censerent longè sapientius esse scripturarum potius quām Ciceronis eloquio aptare sermonem. Quis enim uerè fidelium infirmitati audeat multo aptius de diuinis locutum esse spiritum sanctum per Euangelistas suos & apostolos, quām ualeat lingua quelibet sapientum huius seculi exprimeret. Verū neq; ita qua dicimus carent testimonio etiam suorum autorum, cum quidam ex illis spectati profecto iudicij uates dixerit. Semper licuit, semper ergo licebit, Horatius

res nouas nouis etiam significare vocabulis. Vnde & recte uaticinatur. Multa renascentur quæ iam cedere, cadentq; Quæ nūc sunt in honore vocabula, si volet vsus. Quem penes arbitrum est & vis et norma loquendi. Philosophus quoq; docendi gratia censet opportunū prorsus nouas interdū uoces fingere, quod & nōnunquam suo iure ipse facit. Sed quæ (rogo)

Quævis ars nō sua propria quedā habet uocabula, quibus utilitas in lege duodecim tabularum multa reperies, que in ceteris autoribus nusquam leges. Quinetiam ipse Cicero in his quæ de Academi. quæst. differit (si recte meministi) hoc ipsum illos poterat docuisse. Nos uero à spiritu doctrina recipimus quod et Gregorius summus pontifex et prudenter & eleganter pronuntiat, scilicet. In dignum esse verba coelestis oraculi restringere sub regulis donati. Neq; conuenire plantari lucum in templo Dei. Ille enim lucum plantat in templo Dei, qui eiusmodi uerborum umbris ac uaniloquio, quasi solis ac frōdibus, et opacis atq; in fructuosis silvestribus uerborum rumis, Ecclesiam et Christū ipsum qui uerū Dei templū est, obūrans reddit obscurū. Lucas enim quod minime luceat, aut quod lucem prohibeat dictū esse, uel ipsimet docēt: tametsi primo auditu à lucēdo potius deductum nomen uideatur. Vnde cōmodissime spiritus sanctus, ad id quod diximus exprimēdū id uocabuli accepit quod in sono quidem lucem prae se fert, que tamen lux in re ipsa quam significat, nulla est. Tales ego sunt q; qui suis compositis uerbis et elegantia lucem dari euangelicis ueritatibus putant; nec tamen uident quod sic potius obscurant, et ita uerè lucum plantat in templo Dei et iuxta altare domini quod est Christus, ut et hoc diuina prouidentia factum uideas, ut ferè nemo istorum libris qui seculari eloquentia, diuina illustrare conati sunt, ullam operam nauet. Nam uel ipse eorum autor M. Tullius quodam in loco sapienter præcipit, omittendas esse phaleras ornatumq; et cultum orationis, et quiddā potius diligētem in hoc negligentem adhiberi, cū ueritatis

tar ipsa plantanda est, et fortius in animis iudicum infigenda: ne cultus ille, aut potius uerborum strepitus in auribus, à rei consideratione cor audientis auertat. Quare et quidam recte ut pleraq;

Ornari res ipsa negat contenta doceri.

Vnde et Cyprianus in iudicij (inquit) contentione pro Cypria, rostris opulenta facundia uolubili ambitione iactetur cum de domino ac de Deo uox est uocis pura sinceritas non eloquentiae uiribus nititur ad fidei argumenta sed rebus. Quare et Hieronymus ad Damasum. Multo meius est (inquit) uera rusticè, quam falsa proferre distet. Et in Iouinianū. Est in uerbis simplicibus scriptura rū semper sensus augustinior. Hæc isti præclarissimi uiri. Hi autem adeò morosi, naturæ ordinem sua hac superstitione peruerunt, quoniam non uoces rebus seruire sinunt, sed res ipsas scriuire uocibus cogunt, et cum diuites esse lingua possint certis illis (ut diximus) selectisq; uocabulis se astringentes, que tantum probant, pauperes interdum atq; elingues inueniuntur, ut quod oporteat exprimere, prorsus nequeat. Quid autem inuidiosius, quid violentius, quid ineptius atq; inconsolatus, quam in dicendo à duorum aut trium autorum pendere communem multorum populorum linguam, et quod omnem superstitionem excellit, adeò incantatas habere aures, ut omnes aliae uoces preter probatas ab eis intolerabilem illis afferant nesciavit, quas inquinatas et quasi vulgo conceptas uocant. Quid adeò miserè et prauè affecti sunt auribus, ut Louis Tarp. et Capitolini nomen dulcius illis sonet quam IESV Christi, et quam mirificè se putant esse locutos, cum

medius fidius, aut mehercle & eccastor iufurandum, quasi lectissimum flosculum etiam serio de re Christiana tractantes inferuere orationi. Erasmus enim ad facultatem Parrhisiensem respōdens quodam in loco, mehercle inquit, sic sancte deterans vir Apostata, qui etiam contendebat nullo modo esse iurandum. Et quam gratiosum existimant, cum Iupiter, Iuno, Diana, Pallas, Minerua, Bellona, Venus, Apollo, Phœbus, Mercurius, Mars, & aliorum falsorum ac perditionis deorum, id est, demonum prophana nomina, sua (ut ipsi arbitrantur) illustrant, ut autem nos rectius credimus, offuscāt eloqua. Similiter cū Casares, Camillos, Furios, Scipiones, Fabios, Tuberones, Bestias & alia id genus élunt com memorant, per grande quoddam uidentur sibi sonare, è diuerso uero frigere nomē I E S V S C H R I S T V S, Maria, Ioannes, Petrus, Iacobus, & huiusmodi, immo etiā penè putere quasi sordida ac de fice sumpta. Quod ne iudicium, si recte secum deputent, nec studeant infanire, non à ratione ulla, sed ui potius consuetudinis ex persuasione phantastica prouenire per facile animaduent, quamquam & diaboli suasus & confirmatio (ut non dubito) ad hæc accedat, qui cū principatum mun-

Nota. di huius, quem sub his falsorum deorum nominibus exercerbat, amiserit, conatur eorum opera atq; insania hoc pacto saltem resurgere, scilicet ut in hominum memorijs uiuat per hæc eorum pōemata aut sermones, Quæ res quantum absit à pietate qui spirituales sunt, facile iudicare possunt. Ego uero hac etiam ipsorum demonum confessione pernoui, quamquam non in testimonium adduco illos, qui nouerim mendaces non esse dignos ut in testimonium

testimonium adducantur, sed quia contra ipso met & suos, hæc nonnumquam à Deo coguntur effari. Verum præstat rem iam sua ipsa etiam specie stultam non diuisius persequi. Quare hoc in loco quiescam, concludēs non carere scripturas sua elegantia atq; eloquentia longe iucundiore pīj cordis auribus, & efficaciore. Nec mo^{re} quod Paulus se fatetur imperitiū sermone quodam 2. Cor. 11. in loco. Quod ego ex ueritatis professione, non (ut quidam putant) ex humilitate, quæ non consonet ueritati; dictum accipio. Verum de illa sermonis peritia sensit, do Pau^{lum} quæ de seculi sapientia procedit. Hanc enim, ut re ipsa illi im^{per} contempfit, ita & nobis exemplo sui despiciendam pro^{rit sermo} posuit. Alio qui quomodo alibi (cū in illum obijceretur ne + quod eius epistola essent graues & fortes, presentia tamen corporis infirma, & sermo contemptibilis) au^{sus} esset respondere. Hoc cogitet qui eiusmodi est, quod quales sumus verbo per Epistolas absentes; tales sumus præsentes facto. Non me latet de Pauli eloquentia Hieronymum uarias protulisse sententias, ut eruditii quidam annotauerunt. At ego illud probandum magis existimo, quod quodam in loco de Paulo his uerbis ipse præclarus doctor testatus est. In epistola ad Paulos cuncti lego uideor mihi audire non uerba sed linuum. Quod si, quod obiectare solent, pergent, non est Ciceronianum dictum, aut Latinum, non imus inficias. Neq; enim spiritus sanctus autor, Latinus fuit, aut Ciceronianus, neq; ad Latinos aut Ciceronianos loquitur, sed ad Christianos & Ecclesiasticos, nec ad sapientes tantum sed ad parvulos: & in Christo si non est Barbarus aut Scitha, non Iudeus aut Græcus, etiam non est Cicero.

Rom. 1. Ciceronianus aut Terentianus, aut quisvis alius lingue cultor, sed solum quicunq; regeneratus ex aqua et spiritu sancto. Si Paulus in Christo Graecis et Barbaris, sapientibus et insipientibus sepe debitorem profitetur, et omnibus omnia factum, ut omnes lucrificiat, gloriantur, quomodo non hoc magis audiendum est de Christo, qui etiam pro omnibus passus est? Quare et loquela eius oportebat omnibus accommodari, et quasi rete, ad capiendum omnes, extendi. Neque est putandum inceptum esse humiliari in eloquio, et aptari his quibuscum sermo est, si fortassis pueri sint, ut intelligent.

Nota. Quis enim dei uoces ueras sustinere uoluisset? Porro quid utilius atque honorabilius nobis prouenire a sermone potest, quam sciitia et sapientia ad uitam eternam? Hanc si prestat sermo iste diuinus, tametsi incultus, ut uolunt, et item sordidus (quod fateri non ualeo) quid amplius desiderat homo? Hoc est enim quod Paulus postquam se propter molestos imperitum sermone confessus est significauit, addens: Sed non scientia, Ac si apertius dixisset. O homo manis, quid frustra sermonem queris, cum scientiam exhibeam, propter quam sermo ipse est? Quod si rei uirtus ab effectu exquiritur, consideret ueritatis amator, quid ualuerit sermo domini et pescatorum iste (ut uolunt) horridus et contemptibilis. Conferat cum Demosthenis eloquentia et Marii Tullij. Demosthenes enim uniuersam penè gloriam suam in eo conclusit, quod unum hominem orationis impetu a patria fecit extorrem. Effertur et Cicero

in

in coelum quod pauculos uiros, quosdam à pena capitali, seu ui, seu fisco orationis seruauit. Duos uero ex urbe uix etiam eiecerit, quamquam hoc (si uera fateri uelint) magis in ore gladij, quam in oris gladio effecit. At nostri, ui ipsa sermonis inertis, synceram tamen potentemque ueritatem exprimentis, uniuersum orbem Christo reddidere captiuum. Sed ut à contentione iam redamus, id tandem conclusum uolumus, non esse ualde aptum ad has literas ediscendas, quicunque hac persuasione phantastica aut etiam diabolica imbutus fuerit, quod aliter debuerint loqui sancti Dei homines, per quos scriptura sanctae conscriptæ sunt, quam sint locuti ni illam confessim exeruit, hac enim satis indicat homo non sapere que Dei sunt.

NON VS error eorum est, qui descendentes ad particularia circa ipsam eloquitionem scripture plura, ac ut existimant manifesta coarguant uitia: Et primum taxant quidam obscuritatem, quasi (inquit) referat scriptum esse, quod nullus intelligat. Nam ex his unus mundi censor, sat mundo multis de causis notus, specialiter de Pauli Epistola ad Romanos, sic ait: Utilitatem huius Epistolæ æquat ac penè superat difficultas, quod ascribit sermoni, ob confusum ordinem et hyperbatam, et crebriora, auandapodata, unde oratio procedit hiulca et inabsoluta. Alij offenduntur a superfluitate, ut in Genealogiarum tam operosa ac frequenti descriptione, et in alijs huiusmodi, uelut in recensione nominum ducum et hominum bellatorum

Pingit
Platuum

bellatorum, & quibusdam tanquam battologis siue nagationibus, ut cum saepius eadem uoces ac orationes repetuntur, ut quidam afferebat exemplum ex libro Dam³³ nielis, ubi toties usq; ad naufragium cattilena illa repetitur, de sonitu Tuba, Fistula, Cythara, Sambuce, Psalterij, & Symphonie, & omnis generis musicorum. Alios autem offendit econuerso, inabsoluta sepe oratio & defertia, quod ex nonnullis locis accipiunt, qui de lana caprina contendere etiam uehementer consuerunt. Verum his inferius opportuniore loco respondebimus. Interim hoc mordicus retinendum est, ex uia accepta clavis nullum prorsus esse in scripturis errorrem, nihilq; ibi inconuenienter, nihil frustra, aut quoquis modo non ut oportebat dictum, si hoc sit uerum. Spiritum sanctum autorem illarum esse, quod certe omni acceptione dignum est.

D E C I M V S error eorum est, qui etiam aliquid à scripturis amplius quam ibi continetur desiderant, tanquam non omnia perfectè per illas tradantur, que ad Ecclesiæ traditionem sint satis, cum tamen promiserit Christus sponsa sue Spiritum ueritatis, qui docturus esset omnem ueritatem, & iam suppositum sit de hac scriptura, Paulo teste, quod utilis est ad docendum, ad arguendum, ad corripendum, ad erudiendum in iustitia, ut sit perfectus homo Dei, ad omne opus bonum instrutus. Hem quid igitur desiderant amplius isti misericordie? Nam audi censoris coelie & terræ desideria. Ita enim ille scribit. Utinam quæ Paulus in Epistola ad Corinthios attigit, ac uelut per transennam ostendit, de ritibus ecclesiasticis

Error eorum qui imperficiam esse arbitrantur scripturam.

ecclesiasticis aliquanto copiosius & explicatius tradidisset. Et ut scandalum preberet infirmis homo labijs incurcensus, hec etiam adiecit. Quam cōcise meminit Apostolus de eucharistia siue de synaxi, quasi ueritus, ne de tāto mysterio secus diceret quam oporteat. Et amplius. Notandum illud saltem aperuisset Paulus, à quibus, quo tempore, quo cultu, quo ritu, quibus uerbis consecrari scandali, soleat panis ille mysticus, & sacro sanctum dominici sanguinis poculum. Et adhuc. Utinam paulus aliquāto plus lucis nobis aperuisset, qualiter extent animæ semotæ à corpore, & ubinam extent, an fruantur immortalitatis gloria, an impiorum animæ iam nunc crucientur, an eis subueniat nostræ preces, an alia beneficia, aut indulgentia summi Pontificis subito liberentur à peccatis. Hec homo ille. At nunquid tibi uidentur hæc desideria pietatis? scilicet, si modo cum perfidia sociari pietas potest. Si enim isti qui sic loquuntur scripturæ crederent, etiam Ecclesia crederent, quam ipsa scriptura commendat, & cui credendum esse in huiusmodi præcipit, quam & continentiam & firmamentum ueritatis cognominat. Si autem crederent ecclesia, perirent, imo nec surgerent desideria hæc discendi à scripturis, que ab ipsa Ecclesia tam liquide ac limpide traduntur, cum in ijs eadē Ecclesia que scriptura sit autoritas. Neq; erat è dignitate scripturæ nouæ que non iam pueros instituit sed prouehit eruditos, adamusim ritus ecclesiasticos disponere, qui Ecclesia traditione de centius & assidua consuetudine quasi per manus accipi facile possunt, & custodiri. Sed fugit uersipelles nō propter se, sed propter hæreticos his

^{1, Tim. 3,}

Ecclesiæ autoritas par scripturæ.

bis desiderijs se teneri, qui Ecclesiae uocem non audiūt, audituri tamen scripturas, quando id loqueretur aper-te. Quasi uero apud hereticos ulla sit scripture ratio, quam summis tantum labijs confitetur, cuius uirtutem palam pernegant. Si enim uerè scripture crederent (ut iam dixi) Ecclesie quoq; ipsi fidem haberet, cui esse cre-dendum manifeste ipsa scripture declarat. ¶ Videri qui busdami fortasse poterat iusta illius olim epulonis peti-tio ad Abraham, ut mitteret Lazarum qui nunciat et fratribus, ut loca illa tormentorum cauerent. At ille sa-pienter respondit. Habent Moysen et Prophetas. Au-diant illos, Et cum exciperet epulo. Non pater Abra-ham, sed si quis ex mortuis ierit ad eos, penitentiam agent. Tunc Abraham aptissime replicauit. Si Moysen et Prophetas non audiunt, nec si quis ex mortuis resur-rexerit, credent. Et nos quid aliud dicere possumus, nisi quod si Ecclesiam non audiunt, nec si scripture loque-rentur audiret, quia in ipsa Ecclesia quam negat, reue-ra etiam scripturas negant. Quid licet ita sit, nolo tamen existimare quenquam recte dici, non esse in scri-pturis quodcunq; ibi non sit expressum quibuscunq; ho-minibus quamvis craßis. Hoc enim prætendent hæretici: nam resurrectionem mortuorum quis diceret in illis scriptura uerbis haberi, ubi legimus: Deus Abraham, Deus Isaac, Deus Iacob, et tamen hoc inde subtiliter elicit Dominus, et exprobrauit per hoc ignorantiam scripturarum, ijs qui resurrectionem negabant, dicens: Matt. 22 Erratis nescientes scripturas. De resurrectione enim non legistis quod dictum est à Deo, dicente uobis: Ego sum deus Abraham, et c. Ecce quod in scripturis testatur etiam

Nota.

Exo. 3.

Matt. 22

etiam illud esse, quod per ratiocinationem quāquā sub-tilē ex illis educitur. Simili enim modo elicetur cōfessio, purgatorium, animarum status post mortem, et quod ecclesiae preces et indulgentiarū dona pro sint etiam de-functis, et alia multa (quae negant heretici) satis accipi-de scripturis qui paulum promouerūt nō dubitant. Mit-to quod purgatoriū explicitē ex libris Machabœorū, ac cipitur: hi miseri, nisi audiant hæc in uerbis proprijs, id est, nisi audiant ijs nominib⁹ expreſſe, et purgato-rium, et indulgentias pontificum nominari, nihil morātur. Valeant ergo, et fint heretici, postquam ita uolūt.

V N D E C I M V S error eorum est, qui de multis que in scripturis aut supra modum mirabilia, aut infra modum exilia et futilia uidentur, scandalum referunt. Offenduntur enim talia paſsim in scripturis. Quare con-fictas fabulas esse omnia isti putant, quorum nesciunt ra-tiones, nec dignatur aut humiliter illa nescire, potius se metipſos scientes et suam conditionem metientes, aut illorum scientiam à Deo petere, quatenus fuerit fas. Quid enim amētius quam sui captiu cerebelli, quicquid est diuinæ artis atq; potentiae complecti, et quod mente nō ualeas capere, dente tamen audeas carpere? Qua præſumptione impia nihil, esse video efficacius ad obscurandum, imo potius excæcadum cordis oculos, ne quid salutare in scripturis poſint afficere.

D V O D E C I M V S error tandem quem uchementer animaduertere, atq; ante oculos ponere in hoc studij genere uersanti, ut cauere poſsit ualde est utile) illorum est, qui tametsi scripturam uerbo extollant, et sacrosanctam et irrefragabilem fatean-

Error eo-rum, qui vel de mirabili bus scri-ptræ, vel de his que uidentur futilia sc̄a-dalizan-tur.

Error ſu-mus eo-rum, qui de pro-prio sen-su scriptu-ras inter pretatur,

fateantur, non eo tamen spiritu eam interpretatur, quo debent, sed proprio humano et animali, aut etiam dia= bolico, ut sunt omnes haeretici. Scriptura enim cum (si= cut est positum) a spiritu Dei profecta sit, et non hu= mana voluntate, eodem quoque spiritu interpretata est, quo facta est. Hoc enim idem claviger noster mirifice do= cuit illis uerbis inquietus. Hoc primum scientes quod= Omnis propheta scripturæ id est, omnis expositio et declaratio scripturæ (hoc enim se penumero significat prophetia in scripturis sanctis) propriam interpretatio= ne non fit, id est, ea interpretatione que ab humano sensu procedit non fit: et rationem subdens adiecit. Non enim voluntate humana allata est aliquando prophetia, sed spiritu sancto inspirante locuti sunt sancti Dei homines. Ac si dixerit: non potest humana uoluntas assequi quæ sunt spiritus Dei, quoniam stulta sunt humanæ prudentia cogitationes. Nam ita uia Dei diuis nostris, et cogitationes Dei a cogitationibus no= stris exaltantur, sicut exaltatur cœlum a terra. Ideo qui uollet penetrare scripturam, ubi continentur mysteria Dei, remotissima a captu hominem, oportet non in sua prudentia inniti hominem, sed illo eodem spiritu partia= cipare, quo sunt afflati, qui illam nobis tradidere. Id uen= tienter, quod omnis nostra voluntatis actus, ex altero duorum intelligis, spirituum procedit, uidelicet aut a nostro proprio, id est, a voluntate nostra naturaliter appetente, qui et spi= ritus mundi dicitur a Paulo, aut ab eadem uoluntate, in ea quæ recta sunt, uelit, et hic spiritus Dei est, quo ef= ficiuntur

Pro intel lectu ver horū Pe tri & cla us.

Nota
haec vehe= menter,
que si nō
intelligis,

L.Cox. 2.

ficiuntur eius filii, quo et agimur, clamentes Abba pa= ter. Ab hoc ergo Dei spiritu uenit interpretatio sana scripturarum, quando ipse spiritualiter spiritat ad hoc opus, illuminans intus et docens mysteria. Non enim necesse est simul ac aliquis aliquo modo participiat spi= ritum hunc, statim intelligat scripturas, nisi etiam par= ticulariter ille ad hoc illeceat. Non enim erant sine spi= ritu Dei ab initio Apostoli, cum iam per fidem et ba= ptismum renati essent, et tamen etiam post domini re= surrectionem dicitur de Petro et Iohanne primis Apostolis, quod nondum intelligebant scripturas, nec Io. 20. hunc articulum resurrectionis adeò principalem. Vnde et dicitur post modo, quod dominus aperuit illis sensum Luc. 24. ut intelligerent scripturas: nimurum per spiritum hunc de quo etiam dixit. Cum venerit ille docebit uos om= nem veritatem. Spiritus ergo noster siue huius mundi non solum non est aptus ad scripturas intelligendas, ue= rum etiam ad peruerendas idoneus, aut potius ut per= uertatur ipse ab eis. Sunt enim scripturæ ipse, sicut fuit ille quem continent, scilicet Christus. Primo enim aspectu humiles et infirmæ apparent, sed magnarum uirtutum effectrices, ut ceci per eas uideant, claudi am= bulent, surdi audiant, mortui resurgent, et beati qui non scandalizantur et non impingunt in eas. Sunt enim et ipsæ sicut Christus petra scandali, et lapis offensi= nis, et merito. Nō enim sunt aliud scripture quam Chri= stus, et innumeris locis infirmitate circundatus, Deus absconditus, et ideo non reputamus eas. Nam hoc est proprium scripturarum, ut nonnullis in locis prima fronte infipientibus illud uideantur ostendere, quod est

Nota
qui ad scrip= tu= ras acce= dis.
Matt. ii.
Rom. ii.

c secundum

34 CLAVES SCRIPTVRARVM

secundum spiritum nostrum, sed longè abest à ueritate,
1. Cor. 2. quoniam sicut Paulus ait: sicut quæ sunt hominis nemo
nouit nisi spiritus hominis qui in illo est, ita quæ sunt
Dei, id est, uoluntatis diuinæ nullus nouit, nisi spiritus
Dei. Quare solū huius spiritus particeps nō nosse incipit
Dei uoluntatem erga nos, quo ad ea quæ donare nobis
clementissimus ipse uoluit. Quapropter et idem Apo-
stolus post ea uerba statim subiecit: Nos autem non
spiritum huius mundi accepimus, sed spiritum qui
à Deo est, ut sciamus quæ à Deo donata sūt nobis.

*Scriptu-
rum in
terpres
propheta
et.*
Recte igitur qui hoc spiritu intelligentiae afflatur pro
pheta dicitur, quia uidet ex tacita quadam spiritus reue-
latione, quæ spiritus mundi huius uidere non potest, ut
pote mundanus et animalis, qui non potest capere quæ
sunt Dei. Stultitia enim sunt illi, & non potest intel-

1. Reg. 9
*Prouer.
29.*
ligere, quia spiritualiter examinantur. Propheta au-
tem olim dicebatur uidens, et Petrus hoc in loco intel-
ligentiam scripturarū prophetiam scripturæ vocat, et
secundum hoc forte scriptum est. Cum defecerit prophe-
tia id est intelligentia et declaratio scripturarum, po-
pulus dissipabitur. Et hoc est illud quod uolebat magis
uos optare Paulus, etiam cum emulatione, cum dixit.

1. Cor. 14
Plato.
Volo autem omnes vos loqui linguis, magis autem
prophetare. Quid etiam latius ipse declarat. Quoniam
qui loquitur linguis sibi loquitur & Deo, qui autem
prophetat, ædificat Ecclesiam. Vnde et quidam aiunt
Platonem uates à prophetis per hoc distinguere, quid
uates quidem arrepti sunt, et quæ fuitur ne intelligit.
Prophetæ autem etiam interpretantur. Sed prestat hæc
in exemplis agnoscere. Audi frater, legimus in Euāgelijs
sepius

CATHA. POLITI 33

sepius dixisse dñm discipulis que erāt sue passionis, uiz Luc. 9.
&c. 18.
delicet, crucē, mortem, resurrectionē, atq; hæc quidem
nudē, explicitē et manifestē, absq; parabola aut enigma
te, et nihilominus testantur Euangelistæ, quod illi non
intelligebant: cuius rationem, ut planè uideas, attende,
ne te quoq; spiritus iste fallax decipiatur, ut non capias.
Lucas et Marcus sic scribunt: Stupebant autem om-
nes in magnitudine Dei, omnibusq; mirantibus in
his quæ faciebat: dixit ad discipulos suos. Ponite
vos in cordibus vestris sermones istos. Filius enim
hominis futurum est ut tradatur in manus homi-
num & occidetur eum, & occisus tercia die resurget.
At illi ignorabant verbum istud, & timebant eum
interrogare de verbo hoc. Hæc ibi. Considera ergo
primum prudens lector quod ait. Stupebant oēs, &c.
Secundum quem spiritum quæso hic stupor? nempe se-
cundum spiritum mundi huius, qui magnalibus Dei, quæ
sieberant per manus Christi excitabantur in stuporem.
Spiritus enim hominis ab his planè mouetur, quæ
sublimia sunt et excelsa, ut stupeat, admiretur, extol-
lat, complaudat: quia talia sapit hic spiritus. Vnde
et passim leges in Euangelijs, quod quæcunq; erant
fortitudinis ut signa, quæcunq; sapientia, ut præ-
dicatio et doctrina, quæcunq; nobilitatem et glo-
riam præ se ferentia, ut erat gentis claritas et regia
propago, hæc omnia tollebant illos secundum hunc
spiritum in admirationem, in suspicionem, in gaue-
dium. Contraria uero, quæcunq; infirma, et stulta,
et ignobilia, secundum hunc spiritum scandalum
afferebant, contemptum atq; despectum. Dominus
c ii ergo

ergo & magister noster uolens discipulos suos instruere, ut discerent consilium Dei, & ingredenter aliquādo in secreta cordis sui, & abiijerent spiritum mundi huius, qui non est secundum Deum (nam ipse alta admis-

Psal. 131. ratur & humilia deficit: dominus autem contrā, Humilia respicit & alta à longè cognoscit) diligenter admodum illos his uerbis: Ponite uos in cordibus uestris sermones istos, ac si manifestius dixerit, vos quos selegi à mundo & à turba reliqua, ut nō ambuletis uestro

Mat. 13. spiritu qui est spiritus mundi huius. Vos inquit quibus datum est nosse mysterium regni, ponite figentes in cordibus uestris sermones istos. Futurum est ut filii homini-

Nota quomo- nis tradatur, &c. Futurum, hoc est, quia sic ipsi decer- do sit fu- rent ex propria uoluntate quam ego Deus in mea ater quod in nitate prospicio, & inuenient homines paratos prom- potest qd ad hoc insigne facinus execundum, nec prohibebuntur à Deo, ideo omnia futurum est. Hoc saepius

eis predixit dominus, tam aperte, ut apertius nō potuisset, uidelicet, oportere filium hominis multa pati à seni- nioribus, & principibus, & scribis, & occidi, & ter- tia die resurgere: & nihilominus scriptum est, quod il-

Vide su- li ignorabant uerbum istud, & quod erat uelutum ante. perius ci- eos, ut non sentirent illud, & quod etiam timebant eum interroga- re de hoc uerbo. Quamobrem haec inquam: tata de: nisi quia mundanus spiritus repugnabat, cui contrarium erat hoc tātē humilitatis ac abiectionis mysterium? Ideo etiam timebant interrogare, ne quod nolebant fieri, co- gerentur scire. Non enim fieri poterat, quin uerba tam plana tamq; perspicua non suum sensum illis ficerent. Sed ipsi abiijebant eum nolentes capere tanquam rem

tristem

tristem, & spiritus ipsorum, qui adhuc erant mundani in hac parte, repugnantem. Et ideo evitabant scire, ut solent qui aliquid ingratis audiunt: auertunt enim cor- dis aures, saepe etiam corporis, & aut dicentem inter- pellant, aut aliò auertūt, alium introducentes sermonē.

Quare non ab re Christus admonebat, ut figerent in cordibus suis. Nam cum hac omni admonitione, non so- lum non capiebant ut animo figerent uerbum hoc, sed magnopere ut à se abigerent, fatigabant.

Quod mirē hic factum esse agnoscitur. Tunc enim statim suborna- tur mater filiorū Zebedei ab ipsis, ut aliquid petat pro eis, uidelicet, ut alter ad dexteram, alter sedeat ad fini- stram, nihil de cruce cogitantes.

Quin ille ipse Petrus ipius Christi ore commendatum, & insigni præmiō do-

Notā
haec.
Matt. 16
Mar. 8.
Luc. 9.

namat, nondum tamen percipit ignobilia crucis: sed cum toties repetretur à domino ingrata hæc illi cantilena, ut tandem à perspicuitate sermonis intelligere uerbum cogeretur, nolens tamen illud, audet huius rei gratia in crepare magistrū & dominum, dicens. Absit à te do mine. Non erit tibi hoc, siue, Propitus esto tibi.

Sed ipse contra quid audit à domino ac magistro? Nempe conuersus dominus, & uidens discipulos suos, com- minatus est Petro, dicens: Vade retro satana: nō enim sapit quæ Dei sunt, sed quæ hominum. Conuertitur ad discipulos, qui similiiter eodem spiritu id sapiebant quod Petrus, ut & ipsi doctrinam sumerent. Petrum uero, quia solus erat ausus eo spiritu irrūpere, Satanam uocat, tanquam spiritui Dei aduersantem, & quæ sunt

c iij Dei,

Dei, spiritum proprio metientem atq; estimantem. Tadis erat tunc Petrus exhorres magistri crucem, quia frumentum eius perspicere nondum poterat, ideo dixit: Non enim sapis quae Dei sunt, sed quae hominum. Quod cunctis enim est crucis et amaritudinis, quod libenter suscipitur ad deletionem peccati, aut satisfactionem, aut aeternae adoptionem coronae, hoc a spiritu Dei est. Sed hoc nondum callebat Petrus, sed nec alij discipuli, quin etiam, ut mireris magis, cum hac prophetia crucis iam illis toties reuelata completeretur, adhuc non capiunt et scandalum patiuntur, quia tunc quodcunq; erat contrarium crucis sapientiam iuxta humanum spiritum. Quoniam uero hic spiritus non erat aptus ad intelligentias scripturas, ideo iubetur Petrus ire retro, id est, sequi magistrum et spiritum eius, et non anteuertere, ne uerè efficeretur Satanas, id est, pertinax aduersarius. At nihil luminis uide ut etiam denuo peccat iste homo, ob istum spiritum quem difficile possumus exuere, et certè difficultius quam ualeat quisquam existimare: nam cum preceptus dominus eius pedes lauare aqua, et tergere linteo presto esset, audet ille repugnare et dicere: Non lauabis mihi pedes in aeternum. Ut iterum audiat: Si non lauero te, non habebis partem mecum. Et notatus insuper de ignorantia rei adhuc audit. Quod ego facio, nescis modo, scies autem postea. Et uerè postea sciuit, mille tamen modis instructus, et uerbo domini, et a rebus gestis quas ipse suis oculis constipexit. Intellexit enim quod sicut uerba, ita gesta domini spiritus erant et uita. Denique et a spiritu sancto omnia suggestente et confirmante: hanc ipse regulâ plenè didicit

Ie. 13.

Difficultas maxima exuendi spiritu mundi.

didicit, quam postmodo et nobis tradidit, non solum exemplo, dum sequitur in cruce dominum etiam uerbo in terram uultu, et sublatis pedibus in sublime (ne sciret dominus suus, ueritas ipsa, penderet, qui eum temerarius negauerat) uerum etiam doctrina uerbi, unde et hanc quam diximus clauem nobis exhibuit, ut sciremus, non solum a spiritu Dei scripturam emanasse, quia illo spiritu inspirati scripsere sancti dei, uerum etiam quia ab eo spiritu uenit, etiam ipso eodem spiritu interpretandam esse, et non proprio et humano sensu. Et hinc iam apertu relinquitur, quod heretici omnes ideo a uero scripturarum sensu aberrarunt, quia non hunc spiritum dei sequuti sunt, sed istu mudi, cui spiritus erroris semper adest. Hoc enim spiritu imprimis tenebantur, qui petebant signa de caelo: et uniuersaliter Iudei, qui assueti signis in scandalum crucis incidrunt, quos Iona signum duntaxat in suam confusione manet. Hoc spiritu et Graeci sapientes acti sunt, qui sapientiam querentes, et crucem ut rem stultam conténtentes, a fructu eius qui est uita salus et resurrectio nostra repulsi sunt, et in eis agnitus est quod scriptum erat: Perdam sapientiam sapientium, & prudentiam prudentium reprobabolo. Propter quod dixit Paulus: Iudei signa petunt, & Graeci sapientiam querunt. Nos autem prædicamus I E S V M C H R I S T V M, &c. Hoc Luc. 23, eodem spiritu agebatur Herodes, qui multo tempore cocepierat uidere I E S V M, eo quod multa audisset de illo, et cu uidit gauisus est, sperans aliquod signum uidere ab eo. At ubi frustratur cu dominus ea spe, nec ullum signum uirtutis uidet, sed contra potius hominē contumelijs atque uerberibus

Radice
omnium
heresumA quo
spiritu
est ut pe
ratur si
gnis a
Deo.1. Cor. 2.
Luc. 11.

c. iiiij uerberibus

uerberibus affectum, nec retaliantem, statim spreuit eum, et ueste alba induit, atq; illusit, et ad Pilatum remisit. Vnde hæc omnianisi quod idem spiritus qui illum excitarat in spem et gaudium propter mira et magna, humiliis conspectis que erant crucis, animum eiusdem ad despectionem. et illusionem mutauit, quia nesciebat longè magis dignum esse admiratione ac ueneratione crucis opus, quam quæcumq; fecisset miracula et prodigia. Eodem spiritu discipuli reuertuntur cum gaudio, et exultat quod dæmonia subijciantur eis, sed admonentur a dulcissimo magistro, qui ait. Veruntamen nolite gaudere. Gaudete autem quia nomina vestra scripta sunt in cœlis. Eodem spiritu doctores illi audientes puerum I E S V M differentem in templo admirabantur de prudentia et responsis eius et cum prædicationem exorditur omnes similiter admirabantur in uerbis gratia que procedebant ex ore eius, et omnes illi testimonium dabant. Et cum ita esset, confestim tamen describuntur secum deputantes: Non ne hic est faber filius fabri? Non ne mater eius dicitur Maria? &c.

Nota
enrabilis
insipientiam,

Vnde ergo huic omnia ista? et quod scandalizabantur in eo. Agnosce hic insipientia (lector) huius spiritus, ab ignobilitate gentis, ut illis uidebatur, secundum hunc spiritum auertuntur a consideratione sapientiae et gratiae, quam suis met oculis uidebant. Et ita quod suis uidebant oculis (considera insipientiam) quasi impossibile a gentis ignobilitate cōcludebat, facto sibi hoc præiudicio, quod non posset in homine ignobili secundum natales, esse uirtutem Dei et gratiam, quam tamen paulo ante per ea que uiderant, comprobarent. Vbi etiam in

in hoc errabant, quod nobilitatem non a maiorum sanguiue, sed a propinquorum diuinitatis estimabant, cum tam Christus esset ex nobilissima tribu Iuda, et regio sanguine a David. Vnde et uerè et sepe illi acclamatum fuit: Filius David, et Osanna filio David. Quid Mart. 24. quam hic (ut uerum fatetur) putem maximè a uerbo predicationis illos perturbationem accepisse, quod ea dicere, que hic ipse eorum spiritus non probabat. Quare et ipse dixit. Propterea odit me mūdus, quia ego testi monium perhibeo quod opera eius mala sunt. Hoc spiritu posteriores haeretici ad mysterium incarnationis negandam adducti sunt, quod tamen adeò erat exploratum, atq; compertum, ut Paulus (sicut habet Græca ueritas, quam haereticos ipsos hoc actos spiritu existimo corrupisse) dixerit: Et manifeste magnum est pietatis sacramentum. Deus manifestatus est in carne, iustificatus est in spiritu, apparuit angelis, prædicatus est in gentibus, creditus est in mūdo, assumptus est in gloria. Sed hæc spiritui humano credibilis non sunt, quia homo suapte natura superbus est et avarus, et philautie subiectus. Metitur ergo Dei benignitatē immensam secundum angustiam animi sui, nec potest existimare tantā Dei exinanitionem propter nos, cum essemus iniusti, et impii, et inimici, cum maiorem charitatem nemo habeat quam ut animam suam ponat pro amicis suis. Sic igitur qui hunc spiritum non exuerunt, Dei bonitatem a bonitate, imo a malitia creature (cum scimus omnes natura malii) ingenti blasphemia metiti sunt hoc ipso spiritu, unde alij negarunt crucem ueluti rem uilem et indignam Deo. Non enim ualebant apprehendere quid possit hum

Rom. 5.
Ioan. 15.
Matt. 7.
Mari chæsi.

Ariani & alii multi. Manichei. Va
lentius.
Micr. 31.
Cotra ne
tum per
fectio nis
iustitiae.
Matt. 5.
& 19.
Luce. 9.
& 14.

humanae Dei optimae et patris clementissimi charitas, quoniam ab illa disiuncti erant. Alij diuinatem, alijs humanitatem detraxerunt Christo. Alij corpus illi phantasticum phantasticè ipsi finxerunt. Alij corpus allatum de celo non è fœmina sumptum mentiti sunt, non habentes beatos oculos quibus agnouissent quod praedictum fuerat tanquam mirum et nouum: Fœmina circundabit virum. Hic spiritus proeas etiam ad pernagandum Dei matrem, et insignem virginem, semen illud maledictum adduxit. Sunt et alia ab hoc spiritu profecta, penè sine numero dogmata, quæ memorare nunc longum esset. Nam et aſdiuē operatur in multis hic gatibus ita idem spiritus. Hoc enim aguntur, qui nunc in Apostolis virtutes belli aciem direxerunt, negantes perfectio nem iustitiae euangelicam, ex paupertate et castratione, et iugo Christi arctiore, uoto sancto suscepto conſtarli quod sacra litera clare tradunt: nam et uerbo docuit Dominus ipse et magister, et exemplo monstrauit. At ipsi hoc ipso spiritu audentes uim inferunt scripture uerbis, et sanctorum exempla qui ipsius Christi uitam imitatione fortius expreſſerunt contemnere non uerentur. Hoc item spiritu acti, sanctorum nonnulla gesta, eo quod mustum diuini amoris, quod mundus iste gustare non potest, redolerent, quidam uel erudituli, uel supra modum sapientes, improbare non sunt ueriti. Matt. 3. Noluerunt enim nescio qui, quod beatus Iohannes locustarum animalium cibo pasceretur in eremo, quod ea res uile obſonium præbere uideretur. Vnde existimauit potius genus herbae quoddam illa uoce significatum, quasi non illud indicare ibi Euengelista de induſtria

ſtria

ſtria studuerit, uidelicet uilitatem cibi, id est, puritatem ut per illud cibi genus ſylvestre et uile ostenderet idoneum praecurſorem eius, qui ſuo luctu luctu ac statu pœnitentiae consecrare ueniebat, ut quod gulæ uitio perdidimus, abſinția recuperaremus in Christo. Origenes error, quia Deo rem indignam putauit, si illum intelligamus uelutifutorem, primis parētibus tunicas fecisse pelliceas, historicam ueritatem in metaphoram uertit. Et ſua ſomnia nobis loco ſcripturarum exhibuit. Hoc ſpiritu inuocationes sanctorum nonnulli prohibuerūt, atq; adeò nunc quidam prohibent, et reliquiarum uenerationes nihil attinere ad fidem et diuinum cultum iactant, indignumq; putant putria uestimenta, aut calceos, aut offa, et cineres sanctorū, osculo uenerationis colantur. hac parte gerentes hominis oculum ſimul atq; ſtoma chum, et non ſpiritus oculum qui agnoscit uirtutem, nec ſpiritus ſtomachum, qui nihil patitur à carne, ſed adiuuatur à ſpiritu. Hic eft ſpiritus qui infligit multos ut diuorum imaginibus infuit, et nihilominus ueterum idololatrarum ſimulachra ſibi erigant, et ut habent in delicij, eo ſe praetextu excuſantes, quod non falso Deum in ſculpturis aut picturis illis, ſed artificis manus admirentur, eiusq; arte delectentur quam in illis idolis contemplantur. At bene nouit diabolus quantum ipſe de eiusmodi uanitate lucratur. Si enim non aliud, illud certè, quod nequeunt talium inspectores non occupare mentem ijs imaginibus uanis ac per eas à uerisribus ac ſeuerioribus ſtudijs animam abducere, atq; abſtrahere. Quod ſanè conſiderans Gregorius magnus iuſſiffe fertur deſtrui, frangique omnia que

Origenis error,

Brahm & alii multi.

Nota a-mentiam nouorum magistrorum.

Grego-rius ma- grus.

Rome

Romæ p[er]sime circumspiciebantur ueterum simulachra deorum, quod hæc abstraherent multos à uero cultu. Quod tamen factum cum non defuerint qui reprehendere ausi sunt, ipsimet probauerunt quod hoc spiritu tenebantur, qui de mendacio uenit: & nō sapit quæ Dei sunt sed quæ hominum, qui ex multum ualet ad scripturaru[m] cuestionē. Deo gratias qui me ab illo(ni fallor) eripuit.

¶ De æditione vulgata, quantum illi sit tribuendum.

Quamquā uero scripturas sic accipere oporteat, ut dictū est, ut cōstat er credamus irreprehēsibiles omnino esse, quoniam earū autores quos ut prophetas de spiritu sancto locutos esse nefas est dubitare, non solum quod scriberent, uerum etiam quomodo scriberent ab eodem spiritu acceperunt, ut recte Augustinus ostendit, non tamen propterea sic meum sensum accipi uelim, quasi etiam illos qui scripturas ipsas de suis fontibus in aliam linguam uerterunt aequè probauerimus, ut sit necesse cuiusq[ue] æditionem, puram esse, omnis expertem erroris existimare. Ut enim non mihi arrogo censuram ullam, ita istam que temeraria esset, à me clara protestatione depollo. Nec enim de illorum numero sum, qui inter interpretem & prophetam nullum discri men considerant: quod tamen Hieronymus eleganter ad Hiero, ad monet. Alius est enim (inquit) uatem, aliud interpretenti desider, esse. Ibi spiritus uentura predicti: hic eruditio ex uerborum copia ea quæ intelligit transfert. Neq[ue] item cū illis sentio qui ob sanctitatem ab errore uendicant quicquid sanctus

sanc[tus] quisq[ue] vir ex magni in ecclesia nominis arbitratu[s] est, ut superstitione metuant religione concedere. Hieronymum in sua æditione aliquid fugisse, quod aliud longè minor Hieronymo forte deprehēderit. Quod ego tamen non difficile, nec ut magnopere mirandum admisserim. Nam longè aliud est in aliquo me esse oculatorem quopiam, aliud in uniuerso. Quis est enim qui omnina uideat? Est autem frequenter qui uideat certū quod piam, quod alium etiam oculatiorem praterierit. Et utnam hic Hieronymus adesset huius rei iudex, planè per eum nosset, plus longè illi tribui ab istis, quam ipse pudens agnoscet, aut æquum censeret. Quamquā nescio quonam modo exploratum sit istis, quod hæc qua utitur æditio saltem in uniuersum sit Hieronymi, cum ipse profiteatur suam non discrepare à ueritate Hebraica, aduocans in hec testes uel Iudeos ipsos eius lingue peritiores. At hanc in plurimis dissidere, non solum Iudei testantur, uerum etiam penè omnes ex nostris, qui linguam se callere illam professi sunt. Et quedam certè sunt adeo clara, ut negari, ni fallor, nisi à pertinaci non ualeant. Ad hæc extant etiam pleraq[ue] in hac æditione, quæ ipse Hieronymus manifeste damnat atq[ue] uituperat ut minime toleranda, tum in nouo tum in ueteri testamento, quæ ostendere nō est præsentis negotij. Et quod uidetur os occludere cōtradicētibus illud est, quod ipse Hieronymus alicubi testatur se corrixisse quedam in sua æditione, quæ tamen in hac nostra manent, ex quedam similiter adieciſſe quæ non sic habent, ut ipse adiecit. Et hanc æditionem nostram ipse Latinam ex vulgatam uocat, suam uero uel à se emendatam nusquam, uidat

Hec in deat hec qui uolet. Non me latet quosdam ex recentioris suis ribus hac de re in cōtentione descendisse, nec inficiabor passum re moueri me uehementer eorū argumētis, qui negant hāc peries, et in prolo trāslationem esse Hieronymi. Quid si operā pretiū exīgias suis stimarem, putarem me quoq; ad persuasionem homini argumen non proteruo posse hoc ostendere, uerū illud magis tis in li. utile esse censerem non in hoc instare, utrum Hieronymi sit an alterius, sed cuiuscunq; illa sit, utrum ex ueritate sit: et an illi penitus lux ueritatis assūstat. Credunt enim quidam periclitari fidem, si unus aut alter error annotetur in huiusmodi editione, uel ex eo quod sit Hieronymi, quod tamen non probant, uel ex illo quod ab ecclesia sit recepta, et diuturno usū probata. Sed nullum horum si sapienter et secundum ipsum Hieronymū et ceteros doctrina pollentes magistris rem depūtēt, id neū est quicquā fidei derogare. Esto enim quod sit an des queso nostra ex Hieronymi eruditione pendeat, ut si probetur in aliquo errasse ille, fides nostra propterea uacillet? Absit. Multo enim meliore nititur fundame to fides, quae in petra est, nō in Hieronymo, quam ut ualeat ex unius cuiusq; quamvis sancti uiri, quantouis errore quoquis modo nutare. Esto etiam quod hanc editio

Quomo do p̄bet nem probauerit Ecclesia, non ne et ante Hieronymum editiōes probauit alias, et illam maximē septuaginta: quam uniuersus sanctorum prisorum cōctus ita commendauit, ut nihil supra addi possit, et quod non habuit illa Hieronymi. Hec à Christo et Apostolis et Euangelistis, qui secundum istam citarunt multa, testimonium et au toritatē accepit: nec tam Hieronymus id maximē sciēs ueritus

ueritus est in nonnullis eorum interpretationem taxare, atq; emendare, et commutare in melius, quos etiam interdum à similitudine elementorum quod puerorum esse uidetur, dicit suisse deceptos. Dicet ergo mihi aliquis. Ergo ecclesia et apostoli errauerunt, qui eiusmodi probauerunt ac receperunt editiones. Ab sit. Sed sunt genera receptionum diuersa, atq; probatio num quas facit ecclesia, sicut etiā diuersa sunt quae proponuntur probāda. Proponitur scriptura aliqua ut san. Nota, et proponitur ut probetur ab ecclesia. Hec si probatur, ut uerè sancta probatur, atq; ideo expers protinus omnis erroris putanda est: quia in hoc gradu propositur ut probetur, et sic probatur. Rursum propo nitur scripturæ aliqua translatio, quæ similiiter proban da offertur ecclesi. Hec autem et si probetur, non tam ut scriptura sancta probatur qua sit à Deo, sed ut interpretatio quae est ab homine: et sic probatur, ut recipi debeat non quasi omnis prorsus erroris expers, sed ut illa in qua non appareat error periculosus, et ut quæ ualeat emendari. Vnde non est ciusdem fidei cuius est prima: neq; propterea parum perfectum est nobis per ciusmodi interpretationes, cum plurima recte maneat iuxta primam ueritatem, et cum eorum quae non recte, bona pars aut nihil habet in se mendacijs sed aliā ueritatem enunciat (licet eam primus autor ibi non senserit) aut deniq; si quid habet erroris, nec sit perniciosus et plerumq; nullius momenti, et si quid tamen tale esset, nihilominus ad primam linguam emendari posset ac debere unde trāslatio facta est, præsupponit ecclesia. Quāquā nec ois error interpretibus tribuē

dus

dus est, cum multa scriptorum uitio irrepserint. Sed de his etiam suo libro particularius agetur. Hic hactenus puto satis, ne quis mihi Damasum obiectet, qui mandauerit translationis curam Hieronymo, aut emendationis, quam et probauerit. Non enim probauit, ut diximus, tanquam per omnia ueram, et iuxta prima linguae qua usi sunt autores ipsi, synceritatem. Non enim legitur quo pacto etiam huiusmodi editionem probauerit: utrum extra iudicium, an uero solenniter et ex rei cognitio- ne. Non enim quodcumque de primo aspectu a pontifice commendatur, probatum creditur. Oportet enim in hu iusmodi collationem habere cum ijs, qui periti linguarum sunt, nec solum linguarum, uerum etiam omnium disciplinarum, ac presertim sacrae: ut nec a uocibus, nec a rebus deceptio ueniat. Putant quidam quod semper inspirerit spiritus pontifices in huiusmodi: laudo fidem, sed nimia interdum est. Spirat enim spiritus quidem in eiusmodi, sed si examen adhibetur et humana diligentia. Non enim Deus null facere patentia miracula: neque adesse illum sua particulari prospetione aequum est, nisi ubi homo ipse sibi etiam adsit in eo quod ualeat, ut id illi suppleatur quod attingere humana non potest industria. Vult enim Deus non totum ipse efficere, sed cum homine: ut non defectum qualemcumque hominis suppleat, sed humanum. Hae uero dicta sint in honorem ueritatis, cum omni reuerentia, quae et pontifici et Hieronymo, et utriusque autoritati auctoritati debetur: et potissimum propter quorundam alias nouas, et presertim Erasmi editiones, qui hoc praetextu defendit suam, quia probata fuerit a Leone, cum nec ipsem et eius pontificis probationem

tionem probauerit: quippe qui post sic probatam illam primam suam editionem, quatuor insuper addiderit, et in qualibet emendarit errata plura, que se in prioribus commisisse agnouit. Nam si quid mihi circa haec est iudicij, quamquam non mihi per omnia sit probata editio latina nostra, qua utimur (de novo testamento loquor) eam tamen ceteris omnibus preferendam esse proculdu biò existimo: non solum quia uetusitate iam et diuturna receptione sic meruit, uerum etiam quoniam purior est ac syncerior, et, ut ipsa diuina poscunt mysteria, simplicitate quadam eloquij et gravitate uenerabilior, ac demptis non admodum multis mendis, quarum bonam partem scriptorum uitio, non interpretis, contigit se fas est credere, que ad Graecam ueritatem corrigi facile possent, est longè propinquior. Volo tamen hoc in loco cogitari a prudentibus, non quicquid uidetur in vulgari editio ne mendosè legi, aut secus quam in Graecis aut Hebraicis, baberi, hoc uerè esse mendosum, aut quavis annotatione dignum: ne simul etiam reprehendere cogamur ipsos apostolos, et euangelistas, qui se penumero alter citare uidentur ueteres scripturas, quam ibi iuxta Hebraicam ueritatem legatur. Quod si rectè consideras sent Valla, Erasmus et alij quidam, non tantopere inuesti fuisse in latinum interpretem, quisquis is fuerit. Nam in multis, immerito illum reprehendunt. Quo in loco plura uelim considerare lectorem, et primum quod ex uariis uocibus, etiam uaria significantibus, idē se penumero sensus elicetur, uerbi gratia, Matthaeus ex Michea cap. 5. sic citat. Et tu Bethleem terra Iuda nequaquam minima es in principibus Iuda, et c. Ibi autem dicitur

legitur. Et tu Bethleem Effrata parvulus es in millibus Iuda, &c. Quo in loco uides quantum interfit, si uerba solum attendas. Ibi enim, Effrata, hic terra Iuda: Ibi parvulus es, hic, nequaquam minima es: ibi in millibus Iuda, hic in principiis Iuda. Et tamen haec omnis diuersitas incolui sensu manet, quantum ad literam & historie ueritatem: & sensus etiam spiritus magis exponitur. Nam Effrata in terra Iuda est: Ergo iam nihil deperit historiae. Et sic nihil potest Iudeus conqueri, quod uolata sit litera. Spiritualis uero sensus redditur etiam pinguior. Nam Effrata frugiferam, terra autem Iuda, terram confessionis. Ut declaretur unde sit Effrata, id est, frugifera, nimirum ab ipsa confessione, qua miseri Iudei ignorat. Terra enim cordis nostri ex eo fructum parit, quod Domino confitetur quod bonus. Et haec omnia aptantur egregie Diue, Virginis, que sola singulariter confessa est, & fructum protulit laborum suorum confidentium nomini Domini. Haec est hostia laudis, ut diuus Paulus declarat. Nemo enim scit quid ualuerint illa uerba, Ecce ancilla domini, fuit mihi secundum uerbum tuum. Sed ab effectu & fructu, id potest cognosci: quoniam aternum uerbum traxere de celo, & nobis peperere felicitem. Quod uero ibi legitur, parvulus es, hic uero, nequaquam minima es, mirificè ad sensus prophetici expressionem attinet. Nam parvula erat per humilitatem in oculis suis, & sibi ipsi abiecta propter excellentem sui notitiam, que pariebat humilitatem: uide et implebat illud, Quantò maior es, humilia te in omnibus. Et hoc expressit propheta dicens, parvulus es. Verum quia qui talis est, uidelicet parvulus & minimus apud ipsum,

Luc. 1.

Eccl. 3.

ipsum, hic respicitur à domino, et exaltatur, iuxta quod Psal. 147. scriptum est: quod humilia respicit, & alta à longè cognoscit, idcirco Euangelista illius paruitatis meritum exprimens, dixit, nequaquam parvula, aut, nequaquam minima es. Non negans quod ait propheta, parvula es, sed id quod in eo dicto uidit à spiritu, declarans: sicut illa in eodem spiritu dixit. Exulta spiritus meus in Deo salutari meo. Quia respexit humilitatem ancille sue ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes. Quia fecit mihi magna qui potens est, & sanctum nomen eius. Et ne putas etiam prophetam illum, hanc huius diuina terrea meriti excellentiam, ex illa humilitate non satis expressisse, ad id quod sequitur eduerte. Ex te (inquit) mihi egredietur, qui sit dominator in Israël. Nam haec est causa sine dubio magnitudinis tuae ò Bethleem. Sic enim id pro ratione adduxit Euangelista, dicens: Ex te enim mihi exiit dux, qui regat populum meum Israel. ac si manifestè dixerit: Idcirco nequaquam parvula, aut minima coram Deo. Vide ergo quam mira & incredibilis est in dicto utriusq; consonantia, ubi tamen secundum uerba apparet tanta diuersitas. Et ideò non temerè dchet quis moueri, sicut multi scioli faciunt, qui ab eruditione aliqui, & linguarum notitia, ubi uident à uerbo recedi, clamant illico, erratum esse turpiter, non uidentes quod ipsi potius errant temerarie, temulenter, atq; pestiferè. Sunt & plura huius generis loca. Ecce apud Paulum legitur,

d ij Omnis

Matt. 23. Omnis qui credit non confundetur. Hoc ab Isaias acceptum est, qui tamē dixit: Qui crediderit non festinet, &c. Hęc autem ualde diuersa uidentur, & tamen unum sensum respiciunt. Monet enim propheta hominem qui iam fide accepit I E S V M, ne festinet, id est, ne scississe cuncta arbitretur, quae exigitur ut possidat regnum hoc: quia scilicet adhuc illi grandis superest uia, oportet enim ut bonis operibus is promereatur, & sic expedit uelut sperans. Paulus hoc idem prorsus, nisi quod magis exprimit rationem propheticaehortationis, ac si dixerit. Ego etiam dico illud, non festinet, sed expectet in spes seminando & laborando: quia non confundetur. Non est enim hęc spes christianorum quae confundat, id est, que posset esse frustratoria: sicut dixerat superius, Spes autem non confundit. Ergo uides & hic quod Paulus non à sensu propheticu[m] uagatur, sed illum concipit in suo dicto, & magis declarat. Cur nō igitur similiter quod dixit Isaias, Nisi credideritis, non permanebitis, bene expositum sit à lxx, qui loco eius, quod dicitur, non permanebitis, dixerunt, non intelligetis. Qui enim non intelligit, nec permanet. Possem huius generis & plura citare, sed satis hec ad instructionem. Scire etiam oportet, quod interdum plura loca scripturarū iunguntur in testimonium. Sic Paulus ad Rom. 3. ex Isaia, & pluribus psalmorum locis conflat testimonium, docens quod omnes illę scripture ad idem tendebant. Sic & Matthaeus attulit illud, dicate filie sion, Ecce saluator tuus uenit partim ex Isaiā, ubi legitur: Dicite filie sion, Ecce saluator tuus uenit: partim uero ex Zacharia, ubi reliquum habetur. Ioannes dixit, Noli timere filia sion

Sion, idq[ue] ex Zacharia qui dixit, Exalta & iubila filia sion. Hinc enim dicitur ei consequenter, Noli timere. Hęc igitur cum reuerentia & admiratione suscipienda sunt. Sunt & interdum quedam, quae in ueteribus scripturis nō inueniuntur, & horum quedam etiam citantur, quedam uero non. Citatur enim Ieremias conscientibus omnibus exemplaribus, tam Græcis, quam Latinis, circa pretium sanguinis. Sed illud nullibi locorum in oraculis Ieremias legitur, neq[ue] tale quidpiam. Quid ergo putamus corruptane exemplaria prorsus omnia? Ego non puto. Sed quid mirum si hoc dicerit Ieremias, & tunc legeretur, & scriptum etiam esset (ut quidam testantur) in apocryphis quibusdam, ubi haec habentur ad literam: sicut Hieronymus testatur se legisse. quod & Origenes etiam testatur. Non enim propterea probatur liber apocryphus, quod in eo sit aliquid ueritatis, quod etiam probet scripture. Sic Iudas Apostolus citauit de Enoch prophetiam, de qua nihil constat ex scripturis sanctis, sed ex apocryphis forte. Paulus domini sententiam citat, Beatus est dare quam accipere. Act. 26. Hoc nunquam in scripturis reperitur. Sic de Iamine & Mambre qui restiterunt Moysi, testatur: quod forte in apocryphus habebatur. Lucas unam generationem post in Genealogia sanctorum à C H R I S T O usque ad Deum patrem, uidelicet Cainam, quae in antiquis, non legitur, iure enim ponit oportuit in antiquis, & ideo fuit omissa. Quia uero propter sacram significationem numerorum, & aliud forte quidpiam, desiderabatur apud Lucam in descriptione genealogie illius, ideo adiecta est à Luca. Absit autem ut credatur super d iij flua.

flua. Sed ne nimium in his uagemur, illud nostri propositi erat persuadere, non facile aut temerè profrenendam esse sententiam in interpretm: quoniam sicut est prima interpretis intentio sensum exprimere, sic, ut id faciat, eius est nō semper hærcere uerbis, ut uerbum uero reddat: quoniam sensus nonnunquam obscuratur aut amittitur, ut norunt eruditiores. Quod etiam quidam ex recentioribus non aduertentes, sophisticè ac superstitione in multis recesserunt ab editione vulgata, afferrantes etiam ipsum merum Hebraismum, ubi nobis maior obscuritas ob linguam peregrinam, & proprios eius tropos, nascitur. Quin & illuc processerunt, ut etiam Euangelijs, aut potius spiritum sanctum in eis, erroris nomine arrogans taxauerint. Sed dederūt iam poenas. Aliud etiam considerandum, ne, quod uitio scriptorum irrepit mendariū, id attribuatur interpreti. Sunt enim locorum nonnulla, que scriptorum incursia, corrupte habent. Etiam illud magnopere attendendum, quod licet regulariter (teste Hieronymo, ac ratione suadente) Græci codices emendatores sunt quam Latimi, & Hebræorum quam nostra uolumina, non tam id putandum est semper uerum. Nam secus esse aliquando ego manifestè deprehendi. Et de Græcis quidem, proculdubio. Nec enim sane existimandum est, quod illius lingue scriptores sunt ex miraculo præseruati, ne potuissent errare. Similiter testimonia sunt à nostris, quod heretici nonnullas eraserunt & corruerunt scripturas quibus confodiebantur. Atq; ut hoc etiam satis exemplis ostendam legitur dictum diabolo apud Lucam in Græcis, vade retro me Satana. Hieronymus & Origenes nō sic ei fuisse dictū à domino testūtur, sed Petro

solum hoc modo, diabolo autē simpliciter, vade Satana: quod & ucrisimile est. Ergo emendatoria sunt hic Latina. Similiter Dominus dixit, Qui irascitur fratri suo (sic enim in nostris legimus) In græcis codicibus sic habetur, Qui irascitur fratri suo sine causa. Sed hoc, sine causa, uerò sine causa & temerè adiectum fuit (ut notat Hieronymus) ab his qui putarunt sic oportere. Et plurimum quod erat in glossis aut scholijs, in textum ipsum inductum est. Aliquando ex alio loco suppletum aliquid, quamquam non male. Vbi uero totū uides inuersum, & historiam integrā, aut sententiam, aut quid tale in nostris haberī que in Græcis nō sunt, uel nō ita sunt, caue putes id ab interprete uenisse: Sed uel ab exemplari aut exemplaribus Græce, unde ipse trāsferrebat. Et cōsequēter uidētu esse, cū de Græcis cōtēditur, inter ipsos Græcos qui probabiliores credēti sunt, an iij unde ipsem accepit, an illi potius qui secus habere nūc proferuntur. Verbi gratia, Historia illa adulteræ in nostris habetur apud Ioānē, in nonnullis Græcorū nō legebatur. Hāc si quis ab interprete adiectā, & de suo inuēta esse diceret, aut putaret, profectō id temerariè ageret, cū cōstet in exēplaribus multis Græcis hāc legi, & apud antiquissimos huius historiae mentionē haberī. Itaq; oporteret cōsiderare, an hāc potius esset credēda adiecta in eis, ubi legebatur, an potius in alijs detracta: quod proculdubio pluribus de causis est magis existimandum, & tantundem censendum est de capite ultimo Marci, & de angelo qui apparuit Christo in agone confortā eum: & de eo quod legimus in canonica Ioānis. Tres sunt qui testimoniū dāt in cœlo, & de fragmētis historie Danielis, & de eo quod apud eundem Ioannem legitur. Omnis sp̄i-

ritus qui soluit I E S V M . Nam in Grecis quibusdam hac non habentur, sed erasa fuisse ab hereticis testes sunt nostri, & de hoc quidē loco Historia tripartita. Sed et plura quoq; occurret uidere, quae ab Arrianis probabilitimum est depravata fuisse, quoniam ad trinitatis mysterium attinebant. Hec uolui exempli gratia attulisse, ut significarem cum prudentia & consilio, ac iudicio hac oportere examinari: et non ubi aliqua discrepantia apparet inter Grecos & nosfras, contia nuo arguere interpretem, ut fecit Erasmus in multis & alijs: unde coactus est ipsiusmet quinques mutare, quā fecit, uerisionem: et annotationes ad literam, & in multis manifesta sua errata agnoscere. quod ex ipsiusmet sa- tis superq; satis patet. Lewis enim nimis fuit & leuis, qui in omnes obloqui delectabatur: nimium enim sibi placebat, ut sapientiae nomen sibi apud eruditos & uil gus uendicaret: at non apud sapientes in ueritate. Sed de his hactenus.

Investigatio viarum quibus acceditur ad obuiantem spiritum, & aperi- tem sensum scripturarum.



V M ergo iam firmum sit, quod ad intellectum & perscrutationem scriptura rum profundam, opus sit eo spiritu qui etiam scrutatur profunda Dei, et nulli natura adsit, nisi gratiōsē adueniat & il lustret caliginosum cor nostrum, rogabit me nunc aliquis, an sit nobis illa uia ad promerendum illum, cum sit

fit scriptum, quod ubi uult spirat? Cui respondemus, Ioann. 3^o: uerè ubi uult spirat, sed non est inutile uestigare uias eius: quia ibi potissimum spirare uult, ubi nouit paratu cor ad excipiendum se digne, quantum fas est. Et sunt uiae quibus illi occurritur. Est enim nimirum hic ille spiritus sapientiae, de qua scriptū est: Clara est & quae nūt quam marcescit sapientia, & facile uidetur ab his qui diligunt eam, & inuenitur ab his qui querunt illam. Pre occupat qui se concupiscunt, ut illi se prior ostendat. Qui de luce uigilauerit ad eam, nō laborabit: assidērem enim illam foribus suis inueniet. Cogitare ergo de illa sensus est consummatus, & qui uigilauerit propter illā citō securus erit: quoniā dignos seipsa circuit querēs, & in iuis ostendet se illi hilariter: & in omni pruden- tia occurret illis. Initium enim illius uerissima est disciplina concupiscentia. Cura ergo discipline, dilectio est: et dilectio, custodia legum illius est: custoditio autem legū consummatio incorruptionis est: incorruptio autem fa cit esse proximum Deo. Concupiscentia itaq; sapientiae deducit ad regnum perpetuum.

P R I M A igitur uia ad hunc spiritum promerendū est ipsa spiritus ipfius, & sapientia, ac per hoc disciplina eius concupiscentia: sicut ibidem contiguē sub citatis uerbis adiectum est. Initium enim illius uerissima est disciplina concupiscentia. Et alibi idem autor. Hanc amauī, et exquisiui à principio: et quesui cā mihi spō sam assumere, et amator factus sum formē illius. Sed nō assequetur illam homo, nisi primū cordis humilitate flectatur, et docilis fiat. Opus est enim in primis fide, quae non potest esse in his qui non subiungunt humiliter intellectum

intellectum in obsequium scripturarū. Ideo ex scriptū
 Isie. 66. est. Super quem requiescat spiritus meus: super humilē
 Mar. 10. & quietū, et trementem sermones meos. Propter quod
 IE S V S dixit: Quicunq; non recperit regnū Dei sicut
 Luc. 10. puer, non intrabit in illud. Et hinc est quod hæc abscon-
 dita sunt à sapientibus ex prudentibus, et reuelata par-
 uulis, hoc est, humilibus, ut ait Dominus. Necessaria est
 igitur hæc humilitas, tū in eo quod oportet primò esse
 discipulum sub magistro, tum uero, quia quadam pro-
 ponuntur in scripturis creditu prima facie dura, et itē
 pleraq; factū difficultia atq; ardua. Dei enim sapientia que
 suauiter disponit omnia, et cuiq; conuenienti modo iux-
 ta naturam suam, prouidet, id quod erat humanae condi-
 z. ad cor. tionis proprium, scilicet, ut mutuo iuuemur, et alter ab
 z. altero discat, seruare uoluit. Quo factum est, ut non o-
 mnes doctores, non omnes apostoli, non omnes pro-
 phetae. Si enim omnes doctores, ubi qui discant? Eius
 Actu. 8. rei elegans nobis exemplum ostenditur in Eunuchō, illo,
 uiro prudente, qui cum legeret Isaiam, et interrogare
 tur à Philippo: Putas ne intelligis qua legis? sic bre-
 uiter et sincrè respondit. Quomodo possum nisi ali-
 quis ostenderit mihi? Et audior ad discendum factus,
 et tanquam id quod erat diuimans, scilicet paratum à
 Deo sibi magistrum, continuo, et confidenter rogat:
 Obsecro te, de quo propheta dicit hoc? De se, an
 de aliquo alio? Et sic meruit ut doceretur. Illud er-
 go hic uide quām prouidentissime preparauerat illi
 magistrum diuina bonitas. Iam enim premonie-
 rat Philippum dicens, Accede, et adiunge te ad
 currum

currum istum, ut iustificetur sapientia in sermone suo
 quem dixerat, quod preoccupat qui se concupiscunt.
 Sed superbiae, et mundi huius spiritus excutit discipli-
 nam, nec libenter magistro subiectur. Et nescire pu-
 dens praeu, quām discere mauult. At non sic esse opor-
 tet qui uolunt discere sacras literas. Patentur enim quos
 dam ita cœlitus instructos fuisse, ut nullo sub cœlo pre-
 monstrante magistro arcana scripturarum didicerint,
 ut fama est de beato Antonio, et alijs quibusdam. Sed
 hæc admiranda sunt, et ueneranda, et quia per pauco-
 rum sunt priuilegia, non sunt trahenda in consequen-
 tiā. Nemo autem fidat in hoc scripturarum studio,
 quod uideatur ingenij acumine praestans, aut uariarum
 peritus literarum, ut sibi opus esse præceptore non ar-
 bitretur: sed meminerit non frustra dictum, Audiens sa-
 piens sapientior erit. Illudq; sciat compertum esse, tan-
 tò errare perniciosius homines in scripturis, quanto
 altioris ingenij fuerint, si proprijs uiribus fidant,
 nec humiliter se disciplini submittant. Hoc ex hereti-
 cis probare licet, qui cū ferè omnes egregij et elegantis
 ingenij fuerint, ita tamen per hanc suarum uirium con-
 fidentiam declinarunt à ueritate, ut nemo unquam tur-
 pius, aut stolidius aberrauerit: quod facile est ex illo-
 rum scriptis accipere. Quis enim crederet Lutherum
 ea effutuisse, que tamen in suis libris inueniuntur
 perniciōsissima uerbi gratia, scripturas esse faciles in-
 tellectu, et cuiq; periuas: et iustum in quo quis actu,
 quamvis iusto peccare, et mortaliter: et Deum
 præcepisse homini impossilia: et hominem
 liber

Horattus

Prover.

liberi arbitrij non esse, non plus quam stipes: et cuncta necessariò euenire: et non esse meritum in operibus, quantumuis bonis: et contritionem de peccato facere hypocritam, sed ut quis absolutus sit, hoc solum sufficeret, si se crediderit absolutum: et omnes homines in baptismo fieri sacerdotes, eandem in uerbo et sacramento potestatem habentes, etiam foeminas: et Papam esse Antichristum etiam si beatus Petrus in illa sede federet. Hæc, alia id genus plura uiri huius, et aliorū (qui nunc uiungent) hereticorū, non ne satis ostendūt quod loquor quoniam Deus tradidit illos in reprobum sensum, ut ne commemorem uetusiora, Valentianorum cœwores, et Manichæorum ridicula merasq; insanias et nugas: quas nescio an homo quisquam serius ualeat intellectu, etiā uolens, capere, adeo sunt absurdæ et perplexæ, et tamen uir ille tam acuti ingenij Augustinus, nouem annis (ut ipse testatur) ijs hominum uanissimis commentis lusificatus est, quæ nō solum à scripturis alienissima erat, uerùm etiam ab omni philosophia alicuiusmodi, et remotissima. Eat nunc homo, et suo fidat ingenio et uiribus in explorando scita Dei altissimi. Adde quod (ut à principio dicebam) occurunt in scripturis multa difficultia creditu primo aspectu, ut illud quod Helia nomine Ioannes baptista intelligatur, et similia multa. Hec enim sunt fidei humilitate suscipienda, licet initio videantur dura, nam paulò post intelliget homo sic esse, et suuimet probabit iudicio, sed interim opus est fide. Ideo dixit dominus, et si uultis recipere, ipse est Helias. Item proposonebat dominus carnem suam cibum hominiis ad manducandum. Durus uisus est hic sermo, ut est prima facie: ita ut

Matt. 11. Matt. 11.

Ioann. 6. Ioann. 6.

ita ut plurimi discipulorum deseruerint illum: quia non humiliiter subdiderunt animum disciplinae, ut discerent. Nicodemus autem cum audit oportere nasci denud, et Ioann. 3. si rem, ut absurdā, cōcipit, rogat tamen humiliiter quo modo id fieri posse: quia iam fidem habebat ut erat pro fessus, dicens: Scimus quia à Deo uenisti magister, nemo enim potest facere hæc signa que tu facis. Hic igitur oportet humiliiter se gerere, et non continuò spernere que videantur uel absurdæ; uel impossibilia iudicio nostro: quia ualde distat sciētia Dei et potētia, à nostro captu. Sunt præterea et quadam in scripturis, et nostra legi, que mandantur ad faciendum, dura ac difficilia, et humane sapientie iudicio stulta: ut quod inimicum te neamur diligere: et percutienti maxillam unam, præbere et alteram: et angariantem mille passus, sequi etiam ad duo millia: et auferenti tunicam, relinquere etiā palium: quæ tamen omnia commodè accipienda sunt. Ideo fide opus est, et humilitate: et tunc certò intelliget homo legem Domini immaculatam conuertentem animas, testimoniumq; Domini fidele, sapientiam præstans parvulis. Qui uero superbie spiritu efforatur, et uideri uult per sapientiam esse aliquid, suo sensu interpretabitur aut paradoxæ pronunciando, aut mysteria supra uulgi captum configendo, atq; enunciando. Hoc pacto laborant seipso extollere, et super alios predicare: et interim nō sentiunt se spiritibus erroris iusto Dei iudicio tradi, ut illudantur, et ea dicant monstrosa, que doctus quilibet ualeat irridere. Ita enim docemur in scripturis. Egressus est (inquit scriptura) spiritus, et stetit coram 3. Re. 22.

ram Domino, et ait, Ego decipiam illum. Cui dixit Dominus. In quo? Et ille ait, Egrediar, et ero spiritus mens Ignatius. dax in ore omnium prophetarum. Beatus Ignatius huc erroris spiritum pulchre nimis et eleganter describens, dicit. Erroris spiritus seipsum predicat, sua prophetia dicet. Sibi enim complacens est et seipsum glorificat. Acerbus namque est, plenus existens falsiloquio, seductor, lubricus, superbus, arrogans, uestbosus, dissonus, immensus ratus, nigiformis, immundus: de cuius operationibus liberavit nos Dominus IESVS Christus. Concupiscentia ergo huius sapientiae cum spiritu humilitatis, prima via est ad hunc spiritum sapientie promerendum, et obtinendum, qui est spiritus ueritatis.

S E C V N D A uia est petitio, atque oratio a fidua, ex uero huius doni et uebementi desiderio ueniens. Unde dictum est: Petite, et dabitur uobis: querite, et inuenietis, pulsate, et aperietur uobis. Nam si uos (inquit Dominus) cum sitis mali nostis bona dona donare filiis uestris, quanto magis dabit Pater coelestis spiritum bonum petentibus seende et beatus Jacobus. Si quis (inquit) diliget sapientiam, postulet a Deo, qui dat omnibus affluerter, et non improferat, et dabitur ei. Postulet autem in fide nihil haesitatis. Et Salomon ait. Inuocauit, et uenit in me spiritus sapientiae. Oranti similiter Danieli et desiderio desiderati, drepente apostoli Danieli. paret angelus magnus Gabriel, collaudat eum, uirum desideriorum uocans, et compotem facit uoti: et certum Christi aduentus diem (quod nulli alij reuelatum legimus) reuelat. Pater precursoris ab eodem angelo uisitatur dum orat, et nunciantur ei bona. Nec dubitant contempla-

contemplatores uitae, ac morum beate Virginis in seruorem orationis comprehensam fuisse ab eodem angelico, cum maximo desiderio flagrare, et incensa esset pro sua ac totius mundi salute. Tunc enim salutatione summa, ac singulari singulariter ab angelo salutatur, tunc euangelizatur euangelio felicissimo, tunc et amplius et ad summum, spiritu sancto repletur, et obumbratur uirtute altissimi, tunc ineffabili charitate, et gaudio inenarrabili, in utero concipit aeternum uerbum, suam unitatem orbis salutem, quod et prius incredibili desiderio mente conceperat. Denique spiritus sanctus non nisi orantibus apostolis mittitur, ut sic luce ueritatis perfundatur, et charitatis ardore inflammetur. Veruntamen hoc sciendi desiderium ut impleatur, suo debet honestari fine, ut placitum sit coram Deo. Sunt autem hac tempestate multi, qui huic studio dant operam, sed nonnulli explorandi gratia tentantes Deum: sed non inueniuntur ab ijs qui tentant illum, sed qui querunt in simplicitate cordis. At isti sine fine ingrediuntur ut assequantur fidem quam semel professi sunt: rem prepostaram facientes, cum fidem debitam prius afferre deberent, ut hinc assequerentur intelligentiam. Sunt et alij qui concupiscant hanc sapientiam tantum ut sciant, et ex ea capiant uoluptatem. Sed hoc inutile in hac uita, et curiosum desiderium. Sic enim et Herodes cupiebat uide Luc. 23, re IESVM, qui audierat signa que faciebat: sed sicut ille frustratus est, ita et isti saepe numero frustratur desiderio suo, quod nec perfecte obtineri potest in hac uita. Ut sapienter dixerit sapies, et hoc esse labore, et afflictione spiritus

Ruth. 1. spiritus: eo quod in multa sapientia, multa sit indignatio: et qui addit scientiam, addit et dolorem. Quare et hanc pecciman occupationem uocat, quam dedit Deus filii hominum, ut querant scire. Hec est enim nimis pulchra illa Noemi, de cuius specie predicant mulieres cum admiratione. Sed quid ait illa? Nolite me uocare Noemi, id est, pulchram, sed uocate me Mara: quia amarit uite ualde replete omnipotens. Egressa sum plena, et uacuum reduxit me Dominus. Quibus certe uerbis, quod dicimus, mystice significatur. Hoc enim malum fecit peccatum illud grande. Hec est etiam Rachel illa pulchra et decora nimis, pro qua sola desudat Iacob annos quatuordecim: cui tamen merito praestur Lia quemamior est, et fecunda, ut adficit domum. Hec enim interim sterilis donec octaua compleatur: nec enim antea probatur eius possesso. Parens enim utriusque preposterior nuptias ostendens, sic ait: Non est mos in loco isto, hoc est, in hac uita misera, tradere minores natu nuptui. Minor est enim in hac uita proculdubio Rachel, quam Lia, et si lippis ista sit oculis, preferenda hic tamen donec ueniat tempus Rachelis, et Lia desinat parere, et moriatur, et cum patribus condita iaceat, nec audiatur amplius eius memoria: ut scriptura mirificè docet. Rachel autem etiam sepulta, adjicitur titulus super sepulchrum, eo quod post mortem fuerit uitam meliorem, et ueros fructus. Sepulta est enim in via quae dicit Effrata, id est, in terram frugiferam. Ipsa est Bethlehem, domus panis: nempe illius panis, in quo est uera uita, que speratur. Igitur qui hanc querunt scientiam, tantu ut sciatur et in hoc sit delectatio eorum et pax, falluntur. Frustrans

strantur uero fructu, nec digni sunt exaudiri a Deo pertentes illam, quod si forte exaudiantur, putandum est ac cepisse hic illos mercedem suam. Sunt uero alijs qui hanc optant, et petunt, non tam ut sciant, quam ut sciantur: et huius magis uani sunt, et elongantur a uero fine, ut Sophiste, ideò longe absunt a via qua occurrit spiritui bono. In foribus enim delinquentur incipiunt, aut in exordio itineris, ut continuè magis elongantur a via recta. Tales sunt heretici omnes, quibus ob istam gratiam spiritus erroris occurrit, et habet eos. Qui enim propriâ Ioan. 3, querunt gloriam (quemadmodum ait dominus) quomodo possunt credere: Sunt et qui ideò huic scientiae operantur, ut honore afficiantur, sive pecunie, sive laudis: qui bene pasci, et salutari in fido, et uocari ab hominibus Rabbi, et primos recubitus in mensis, et prius cathedralis in ecclesijs per hanc affectant, atque ambiunt. Hos uero in Simone illo mago agnosce, qui cum Matt. 23, in cœlum uolare uolunt confictis alijs, in terram reuocantur a Petro et Paulo. Hi profecto sunt abominationes coram Deo, licet ut sepulchra dealbata hominibus alijs quid apparent, et in quibus sit uirtus Dei magna: qui tamen Dei sapientiam in honorant, quam pretio estimant, quae est super omne pretium: et cui comparatum omnem argentum et aurum, et omnes lapides pretiosi, et quicquid in terris maxime estimatur fordescit, et nihil est, ut Sapiens recte dixit. Et preposui illa (inquit) regni et sedibus: et diuitias nihil esse dixi in comparatione illius. Nec comparavi illi lapidem pretiosum, quam omnem aurum in comparatione illius arena est exigua: et tanquam lutum estimabitur argentum in con-

spectu illius. At sunt qui sapientiam querant hanc ad ea
dificationem, ut per alios sibi hanc tradentes, edificen-
tur, aut seipso edificet primum: et si Deus dederit etiā
alios, et iij recte sapiunt, et compotes uoti sunt per de-
sideria, et orationes. Talis fuit oratio Salomonis, ideo
responsum domini meruit magnum, et tam benignum,
Reg. 33. et clemens. Quia (inquit) postulasti uerbum hoc, et
non petijisti dies multos, nec diuinitas, aut animas inimico-
rum tuorum, sed postulasti sapientiam, ecce feci tibi se-
cundum sermones tuos, et dedi tibi cor sapiens et in-
telligens in tantum, ut nullus ante te similis tui fuerit,
nec post te surrecturus sit. Et Paulus id charismatis etiā
cum emulatione appetendum esse docet, sed ad edifica-
tionem Ecclesiae: quod et clauiger satis subtacite dixit,
Petr. 1. cum ait: Cui beneficitis attendent, quasi lucernae in ca-
liginoso loco. Qui enim attendit illi, quasi lucernae ut lu-
cem ipse primum inde accipiat (est enim lucernae dare lu-
cem) non ut ipse lucem suam ostentet, attendent, cum sit
omnis homo caligo et tenebrae: et hic bene facit. Quod
si iam lucernae huius luce afflatus, et ipse factus sit lu-
cerna, et per charitatem communicet alijs, melius facit:
poterit enim et ipse lucere in caliginoso loco, id est, in
Matt. 5. inter homines mundi huius, ut coelestis pater glorificetur.
Hic est finis omnium charismatum, ita docente Christo,
et Paulo: et in hoc edificatio est Ecclesia.

TERTIA Via est ipsa familiaritas intima, et
tractatio assidua ipsarum scripturarum per lectionem
iugem, ac meditationem, frequentemque collationem, ac
diligentem perscrutationem. Per hec enim permittit se
confici ille spiritus, qui ibi sub uerbis, tanquam sub quo-

piam

piam cortice aut nucleo, latet. Habent enim et ipsae scri-
ptura, immo ipse maxime, quandam loquendi modum
proprium et suum, quem non licet de alijs literis conie-
ctare. Etsi enim autoribus prophatarum literarum id
quoque contingat, ut quilibet proprium habeat stylum,
et non nihil ab alijs quisque differat, hoc tamen maxime
in diuinis literis uidere licet, quo maxime et omni modo
distant a ceteris summo genere, ut dia inter se longe
maiores habent affinitatem, quam haec cum reliquis.
Quare tanto magis haec familiaritas cum illis exigitur,
qua omnino peregrinum uidentur habere sermonem.
Quis enim (ut quidam ait) hac uoce, spinæ, huius seculi
uoluptates et diuicias putasset intelligi, cum spinæ pun-
gant, haec uero animum maxime oblectare uideantur? Et
tamen dominus ipse ita exposuit. Alibi dicit: Non est mor
tua puella, sed dormit. Et euangelista subdit, quod: qui-
dam deridebant eum ob illud uerbum. Similiter et disci-
pulis dixit, Lazarus amicus noster dormit: et ipsi pari-
ter non intellexerunt, putantes quod de dormitione so-
mini diceret. Vnde et statim respondent: Si dormit, sala-
uus est. Hec sint gratia exempli, ut agnoscamus quod
uerba scripturae se numero significant non iuxta cras-
sam nostri spiritus acceptioem, atque prudentiam, sed iuxta
sapientiam Spiritus sancti, et ueritatem ipsam. Nam si
quis diuinarum et uoluptatum huius mundi incommoda,
non solus spiritualia sed etiam secularia, recte animo de-
putet, summa ratione dijudicabit eas esse spinas, quae la-
cerant animam: non solum quia vulnerant per pecca-
ta ad quae pertrahunt, uerum etiam quia dolores
multos ingerunt etiam in hac uita dum cumulantur
e ij periculose

B. Greg.
Luca 8.

Matt. 9.

Ioann. 18.

periculose dum queruntur laboriosè: dum augmentur inuidiosè: dum custodiuntur formidolosè: dum amittuntur lachrymosè: ut uerè experiantur plurimi eas uerè esse spinas. Vnde et Paulus ait, Radix omnium malorum cupiditas: quam quidam appetentes, errauerunt à fide, et inferuerunt se doloribus multis. Ad hæc homo cum ex hac exit uita, reuera non deberet dici mori, sed quasi dormire, cum incorrupta maneat melior pars: et in re liqua integrari speretur secundum ueritatem, et non sicut alia res quæ corrumpuntur. Alibi dixit. De resurrectione autem non legistis quod dictum est à Deo dcente uobis, Ego sum Deus Abraham, et Deus Isaac, et Deus Iacob: Et cum sit credibile, quod hoc nullies legissent, cum iam factum esset quasi proverbiū in ore eorum, et in quo gloriabantur, satis capere potes quod legere non cum intellectu, sed perfunctorie et superficialiter, non est legere: quo fit ut multi legere uideantur, pauci autem uerè legant. Legere enim attentionem et intellectum includit. Quare et alibi increpat legis

1. ad Ti. 6^o

Luke 19^o, peritum, cui dixit: Quomodo legistis Nicodemum, Tu es magister in Israel, et haec ignoras? Exigitur ergo (ut iam dictum est) lectio iugis, et meditatio assida. Ex meditatione enim eius quod lectum est, insurgunt dubia et aporia: et cum nodus ipse inspicitur, ac resolutur, parata est intelligentia cum delectatione admirabili. Quare non ab re probatur à Paulo Timotheus in hoc quod ab ipsa infantia sacras literas norit, quæ illum possent sapientem reddere ad salutem. Vnde et Augustinus recte admonet. Erit igitur diuinarum scripturarum soler tissimus indagator, qui primò totas legcrit, notaq; habuerit,

buerit, et si nondam intellectu, iam tamen lectione dum taxat eas, quæ appellantur canonicae. Nam ceteras securius leget fide ueritatis instructus, ne præoccupet imbecillum animum. Sunt uero quædam in scripturis prima facie plana, atq; facilia, et sensum quendam innuetia, à quo spiritus maximè distat: de quibus erit facile de subiectis exemplum capere. Sed oportet etiam collationem habere, quod non uno modo intelligo. Nam primus modus est, quoniam oportet collationem habere inter scripturas, ut scriptura scriptura conferatur, et ex alterius loci certiore sensu declaretur incertus. Sic erat collatio scripturarum in Ecclesia primitorum, ut Lucas testatur: et ex huiusmodi collatione plurima dubia clarificantur. Et quia Iudei, et multi heretici id non fecerunt, ideò impegerunt. Iudei enim, quia unum tantum Christi adventum, et illum gloriosum, considerarunt, cuius erat precursor destinatus Helias: ideò aberrarunt toto (quod dicitur) cœlo: et adhuc aberrant, scandalum patientes à cruce, in spiritu altitudinis semper querentes signa. Quare hoc est, quia non contulerunt scripturam cum scriptura, sed unum aut alterum locum mordicus retinentes, ubi uidebant gloriam Christi, clauserunt oculos ut alijs locis, ubi indicabatur ignominia, et patientia crucis, uelut humano spiritu affecti et cauterati. Heretici quoque similiter in multis impegerunt, ut Arius, legentes, Pater maior me est: et ibidem figentes oculos non attendunt ad innumera alia loca, uelut ad id quod ait Dominus, Ego et pater unus sumus. Et, omnia patris, eius esse, et. Quodcumque pater operatur, et ille similiter

1. ad Co. 17^o

1. ad Cor. 11^o

Ioan. 1.2^o

5.10^o

ad Rom. 1.9^o

e - iij operatur

operatur ex quod hic erat super omnia Deus benedictus, et Deus uerus, et uita eterna ex quod erat uerbum, et quod ipse filius ille dilectus, et unigenitus in finu patris existens, et quod ad illu dicebatur,
Ioan. 5.
Psal. 44.
 Thronus tuus Deus in seculum seculi; et alia penè immumerabilia probantia ueram domini deitatem. Sic Euomus, qui negavit uirginitatem Dominae, sic et alia monstra errasse probantur, quia non contulerunt in uicem scripturas. Sic et recentiores heretici errant dum statuant fidem sine operibus, ibi figentes oculum, ubi sola fides uidetur extollit et opera uilificari, et non aduertunt ad immensas testimoniorum nubes, ubi probantur opera, et ipsis tantum merces statuitur non fidei, dicente scripture mille locis, quod Deus reddet unicuique secundum operas sua. Negunt attendunt quod ipsummet Abraham, de quo dictum est, creditit Abraham Deo, et reputatum est ei ad iustitiam (quem locum isti contra nos effuerunt) dictum suum à Deo. Ambula tecum et esto perfectus. cui iam dixerat. Ego merces tua magna nimis. Vbi ambulatione possent à Paulo discere fieri per dilectionem operibus bonis, sicut legitur ad Romanos, ad Corinth, ad Gal, ad Eph. ad Philip. ad Coloss. ad Thessal. Vbi non ex per haec non satis esse fidem, ut simus filii Abraham, sed exigi opera dicente Dominino. Si filii Abraham estis, opera Abraham facite. Sed auertunt oculos ab huiusmodi, à quibus corrigerentur si uellent. Est ex parabola tam clara de operariis, quibus ex opere iuxta pactum, atque condictum merces reditur. Denique est pasim uniuersa scripture quae nihil magis quam opera ipsa commendat. Quod uero interdum uidetur

uidetur opera à Paulo destrui, aut uilificari, intelligeretur ea demū destrui, quae non essent ex fide: aut secundum ad Ro. 3. ipsam operum substantiam uilificari, respectu præmij eterni, ut cum ait. Non sunt condigne passiones huius temporis ad futuram gloriā, quae reuelabitur in nobis: ad Ro. 8. non secundum quod ex gratia proficiuntur per spiritum sanctum mouentem. Ita errarunt qui liberum arbitrium nimis extulerunt, et gratiam Christi auferabant. Gene. 4. cum legerent. Sub te erit appetitus tuus, et tu dominaberis illi. Et iterum, Ante hominem uita et mors, bonum et malum: quod placuerit ei, dabitur illi. Et alia huiusmodi multa. At non attendebant ad immunera loca contraria quae gratiam Dei statuit, et libertatem arbitrij ad bonum sine illa, mancam et debilem probant. Ut cum ad Co. 1. ad Cor. 1. 1. ad Cor. 1. 1. ait Paulus, Non ego, sed gratia Dei mecum, et Gratia dei sum id quod sum. et Dominus, Sinc me nihil potest facere, et iterum Paulus. Non possumus cogitare aliquid ex nobis quasi ex nobis: sed omnis sufficientia nostra ex deo est. et alia plura huiusmodi. Rursum alij nolentes liberi arbitrij penitus uires extinguere, solū superiora, et ijs similia considerat, non alia quae statuit nobis illud, ut cū gratia cōiectū ualeat quod ex seipso non potest. Et ob hāc causam plurimi in plurimis impingunt: quia non simul considerūt scripturas, ut cōponat eas, aut cōcordes esse illas agnoscat, et alterā p alterā declarari. Sic et diabolus uicit Dñs, qui afferenti scripturam, quod angelis mandauit de illo, et c. opposuit alijs per quā prior poterat sanē intelligi, et non stulta, uidelicet, non tētabis dñm deū tuū. Posse hoc ipsū penè insinuatis pbare exēplis, si liberet: sed puto satis esse priora. Ideoque constare e. iiii arbitror

arbitror multum ualere collationem scripturarum, in uicem scripturam scripturæ conferendo, uel ad concordiam (si videantur dissentire) uel pro declarazione, si alia sit clarior. Valet & alio modo collatio ad intelligentiam scripture, cum homo cum alio confert, sicut et olim faciebant. Et hoc Paulus iuisus est significare, dices ad Romanos, quod cupiebat uidere illos, ut liceret consolationem capere per eam, que inuicem erat, fidem suam, atq[ue] illorum, quod profectò fiebat collatione scripturarum, quamquam satis impar: cum Paulus esset docto, illi autem discipuli. Confert autem collatio hæc nō parum, tum quod non omnes possumus omnia, et qui busdam quedam reuelantur, quæ nō alijs: tum quod per collationem acuimus ingenium, et ueritas magis eruitur, et illustratur, dum magis aut exquiritur, aut impugnatur: quod fit per collationem magis. Deniq[ue] et Dominus ipse de se loquentibus pluribus libentius se se ad miscet, quod uel ex hoc patet, quod illis proficisciens in Emmaus, cum de illo inuicem conferrent et loquerentur, nec satis fideliter, sed satis frigide, non passus est tamen diutius torqueri eos, sed propior factus est illis, licet principio uelut peregrinus: paulò post tam etiam contubernialis, et cibauit eos pane uitæ et intellectus, et aperuit eorum oculos ut se uiderent, et scripturarum intelligentiam manifestauit eis: ita ut inflammaret eorum corda in luce iucundissimæ ueritatis. Deniq[ue] ualeat collatio scripturarum mirificè, quando cū ipsis gestis et mysticis uerba ipsa conseruitur, aut cōparatur: ut faciebat beata Virgo, quod ualde facit ad altissimos et mysticos sensus. Ecce nascitur Iesus, ab angelis

gelis euangelizatur pastoribus primis, pastores alijs: qui audiūt admirātur. Hac uerba (inquit Euāgelij) conseruabat Maria, conferens in corde suo. Conferebat ^{Luc. 2.} enim cum scripturis antiquis, et uidebat eas uerificari. Conferebat et cum ijs quæ futura erent sibi à Domino predicta, et uidebat ordinem Ecclesie pulcherrimum, id est, futuros pastores illuminandos per angelos, et ab eis postremo transfundendum uerbum alijs, ad stuporem et admirationem. Maxime etiam proculdu-^{Deu. 25.} bio est efficacie sedula perscrutatio scripturarum, hoc est, profunda quedam inquisitio atq[ue] inspectio, ut inde compares, quasi de familiaritate, notitiam. Enim uero multa sunt, que si prima facie ut sonant, intelligantur, aut ineptum sensum parumq[ue] illustrem præbeant, aut etiam peregrinum, aut falsum atq[ue] etiam hereti-^{Deu. 14.} cum. Ecce dictum est in lege. Non alligabis os boui trituranti. Si de animali bove tantum intellexeris, ineptum sensum afferes: quasi Deo de bobus tanta sit curia, ut pro illis statuat legem. Hoc certè quia non amaduerterunt Manichæi, adducti sunt ad ineptissima, et insuffissima dogmata. Quare bene docuit Apostolus, Hoc accepto quod indignum erat Deo eam curam pro bobus suscipere, per bouem debere intelligi Episcopum, et cultorem cordium. Et ideo sunt alia huiusmodi multa similiter intelligenda, et non tantum ut litera sonat: uerbi gratia, quod olim iussum est: caro Gen. 2. nem cum sanguine non comedetis. Ex hoc enim dicto capitur homicidij prohibitio. Et alibi legitur. Non coquas hœdum in lacte matris, quod significat Christum passum pro peccatis nostris, qui solidus est cibus noster.

Heb. 7. *noster, non esse admiscendum cum legis decretis, quæ erant lac Synagoge, unde uenit Christus secundum carnem. Talia autem multa sunt, in quibus necessaria est perscrutatio, ne ineptus ex uilis, indignusq; spiritu resulset intellectus. Sunt ex loca quæ interpretationem commodan recipiunt, ut eum inducitur Melchisedech sine genealogia, sine patre, sine matre, ut quidam putauerint Angelum, alij spiritum sanctum: non aduententes ad sensum Apostoli, quod secundum scripturas erat sine patre, et matre: quia in scripturis hoc non habebatur, quod satis erat Apostolo ad suadendum quod uolebat: non quod ita esset secundum ueritatem. Ad hæc quia Christus dixit in cruce, Deus meus Deus meus quare me dereliquisti, quidam putarunt eum desperationis spiritu affectum. Et nunc alijs diabolus Melanchthon docet, refriguisse tunc in illo charitatem: et divinitatem non fuisse coniunctam illi: qua blasphemia quid horribilius dici potuerit, equidem non video. Et hoc, quia non sunt perscrutati profunda sensus, uidelicet, quod Dominus non nesciens cur eum dereliquerit Deus Deus suus, neq; impatiens, aut querulus in Patrem id inquirit cur factum esset, cum seipso obtulerit cruci, et uelut agnus coram tendente se, et ouis quæ ad occisionem ducitur mansuetissimus fuerit usq; ad mortem, Sed ut per ea uerba declaretur innocentia sua: ut sit statim responso in psalmo ipso, uidelicet, cur eum Deus dereliquerit. Sequitur enim. Longè à salute mea uerba rugitus mei, aut (ut recte exposuit interpres) uerba delictorum meorum. Sua enim delicta uocata,*

uo cat, que erant nostra, quia ille super se posuit ea, eorum reatum accipiens, et eo pacto fecit sua; quod mirè declarat Isaïas. Ipse autem vulneratus est propter ini^{na} Itaiz.53. quitates nostras, attritus est propter scelerâ nostra. Disciplina pacis nostra super eum, et liuore eius sanati sumus. Et iterum. Abscissus est de terra uiuentium: propter scelus populi mei percussi eum. Et dabit impios pro sepultura, et diuitem pro morte eius, eo quod iniuriam non fecerit. nec dolus inuentus est in ore eius, et Dominus uoluit conterere eum in infirmitate. Et hoc modo respondetur Iudeis, et Manicheis: qui ambo dixerunt, licet alio fine (illi enim ut Christum nostrum reprobarent, hi uero ut ipsum Moysen) quod Moyses C H R I S T V M maledic^{tum} à Deo pronuntiavit, quod ex uerissimum est. ^{ad Gal.3.} Paulus ualde probat: Sed idem maledictum, quia in illum omnis nostra recidit maledictio à prouidentia Dei. Hic non solum peccator, sed et peccatum dicatur, in quem posuit Deus omne peccatum, ut illud crucifigeret et sepeliret, et ab oculis suis auertaret: et noua inde nasceretur creatura, sicut ipse C H R I S T V S resurgens non amplius moriturus per ad Ro.6. peccatum, sed uiuens Deo. Noluerunt et perscrutari ipsi Manichei multa, quæ pro se afferabant, constituentes principium alterum maiorum, et alterum honorum, et facientes Deum alterum ueteris testamenti, et alterum noui, propterea quia scriptum in Eze. 20. uenirent, Dedi eis præcepta non bona, et iudicia, in quibus non uiuent, et c. Noluerunt autem uidere quod ait Paulus, Legem quidem et iustam, et sanctam, ad Ro.17. et spiritua

et spiritualē esse: sed ideō dici non bona, quia per se ipsam non adducebat ad perfectum absq; fide, et gratia Christi: et quia coniunctā homini carnali potius inducebatur iram per transgressionem, quām p̄mūlū ut Paulus declarat. Nouatus poenitentia locum negavit recidivantibus in peccatum: quia Paulus dicebat, impossibile esse eos qui semel gustauerunt misericordiam et dona, et iterum ceciderunt, renouari rursum ad poenitentiam non perscrutans quid propriè significet renouari, quod solum fit per baptismum. Vnde recte sequitur. Rursum crucifigentes sibimetipſis filium Dei, et ostentui habentes. Similiter et illud quod idem Paulus docuit, Voluntarie peccantibus post acceptam notitiam ueritatis, non relinqui hostiam pro peccato, qui locus etiam ad baptismum refertur. Et quidam similiter errarunt, ponentes hominem semel receptum a Deo in gratiam, non posse decidere: quia legebant, qui ex Deo natus est, non peccat. Et alia quedam apud Ioannem, ignorantes formalitates sermonum, aut etiam melius in homine uno quedam modo adhuc duos existere, nec peccare illum, nec posse quidē peccare qui est ex Deo, ut suo loco declaro. Non etiam heretici, qui pertinaciter negant missam esse sacrificium, quia dicitur in scripturis, quod Christus semel se obtulit in consummationem saeculorum, ad destitutionem peccati, per hostiam suam, et non sicut antiquus pontifex qui per singulos annos intrabat in sanctā in sanguine alieno, idem patiuntur non scrutantes scripturas. Nos enim non latet Christum semel se obtulisse hostiā Deo, et unico illo sacrificio extinctum esse peccatum mundi, ita ut nō oporteat ipsum scipsum

1. Ioan. 3,

Ad He. 7.8.9.

scipsum plures offerre. At ita demum si id sacrificij applicetur nobis. Applicatur autē cum et nos illud idem offerimus sacrificantes, id est sacrificium illud memoria quodam modo renouantes: nec enim repugnat unum esse sacrificium, et idem à multis offerri, et multoties. Hoc enim non est iterum crucifigi Christum, sed semel crucifixum memoria repetendo offerre. Non enim sicut transiit, illa oblatio quam ipse semel fecit in cruce, ita eius effectus transit, ut offerre idem non possumus. Nam et ipse scipsum offert et nunc assiduè pro nobis illum offerentibus: non iterum quidem patiens, sed commemorans quod semel est passus, et ita iugē sacrificium est illud, et ipse in aeternum sacerdos, licet unicū et semel oblatū in altari uero crucis. Quod si uerē non esset sacrificium nunc, nec sacerdotes essent, nec sacerdotium esset. Et quomodo dicitur à beato Paulo, Translato sacerdotio, Ad.he. 7 necesse est ut ex legis translatio fiat? Respondent Christianum esse sacerdotem in aeternum. Benè. At quomodo nunc sacerdos, qui est in celis, et mortuus est, sicut et antiqui sacerdotes Leuitici generis, et semel funitus est hoc officio(ut aiunt) in cruce? Nunquid obsecro etiam adhuc assiduè patitur, et patiendo se offert? quod si nec patitur, nec se offert, quid ergo frustra manet sacerdos et pontifex, cum in hoc sit pontifex ut offerat dona et sacrificia pro peccatis? Offert ergo se ipsum assiduè offerentibus nobis illum, qui per hoc ramam facit oblationem nostram. Nec ideo minus se offert quia non patitur ultra, tanquam assidua oblationi exigatur assidua passio(ut ipsi uelle uidentur) quod est absurdissimum. Nam et quām ridiculum esset olim uocata esse

esse sacrificia, quæ ueritatem non continebant, & sacerdotes, qui offerebat ea, & postquam uenit uerus sacerdos & sacerdotium uerū, tunc extinctū esse omnino sacerdotem. Apoc. 5. tū & sacrificiū? Non ne etiam scriptum est. Fecisti nos Deo regnum & sacerdotes. Quomodo uero sacerdotes non existente sacrificio? Quomodo in hæc absurdâ potuerunt incidere miseri, nisi quia non sunt scrutati scripturas, & ad pauca considerantes de facili pronuntiabant & ex post iam emissum uerbum contentiosè uoluerunt defendere? Possem & multis alijs exemplis rem istam comprobare. Sed satis hæc sunt ingenioso, qui ex his alia poterit communisci, & cauere.

Q V A R T A, & suprema uia qua maxime gradie dum est ut scripturas intelligamus, est completere opere quod legeris in scripturis: hoc est enim concipere ac parere Christū tibi. Deniq; ut exprimā clarius, Imitatio uite Christi et sanctorū, que fit per renuntiationē à seculo et cōtemptū eius perfectū, perfectā quoq; parit scripturarū intelligentiā ad finē, ut sit perfectus homo Dei in iustitia, ad omne opus bonū instructus. Imò hec est perfecta scriptura: nec enim indiget scripturis alijs homo iste quisquis est talis, qui opus euangelij, id est, stigmata I E S V scripta habet in corde & corpore suo. Etenim paupertas illa spiritualis, que oculos figit in eterna bona, omnē abiicit sollicitudinem mudi huic, quia secū habet sociam fidem, ac spem. Item christianus luctus, castitas, & ieuiuū, cū odio sancto ueteris hominis, quæ nondū satis ferme unquam excusimus dū hāc uitā uiuimus, qui & sic iugiter mastrandus est et offerendus, cū sale tam. Hæc inquā opera aciem metis perpoluit, & forte faciunt

faciūt ad cōteplanda cœlestia. Sic anima mūdificate pro meretur altissimā intueri & arcana quæ nō licet effari. 2. ad Co Hec nos dicimus, nō qđ experiamur aut experti simus, sed quod dedit nobis deus ista aliquādo, quasi per rumu la, perficere, & suaderi. Quare elegāter Hieronymus. Nō est eiusdē hominis & aureos, pbarē nūmos & scripturas: degustare uina, et pphetas uel apostolos intelligere. Multi ieuiuīs cœlestia, pmeruere oracula, ut Dāniel, & propheta magni. Moyses, præcedēte xl. dicerum Exo. 2. 4. iugi ieiunio, legē impetravit in mōte. Super Ioannē factū Luce. 3. est uerbū Domini in deserto nō māducātem, nec bibētē. Solitudo enim una ac secessus à turba hominū, quā uero Christus & exēplo mōstrauit, prouocat angelorum beatorū colloquia: & de coelestibus cōteplationē nārisi Matt. ii. cōfouet, ac nutrit. Accedēs & humilis ac deuota sacra mēti suscep̄tio sacrosancti, que nos in Christū quodam modo trāssubstatiat, quod & ipse docuit dicens: Qui nā ducat mēā carnem, & bibit mēū sanguinē, in me manet, & ego in illo. Hæc est profectō quæ mirū in modū appetit scripturarū beatificos sensus. Hic eūibus in Ennaus Luc. 12. 4. discipulis aperti sunt oculi ut agnoscerēt dominū in fractione panis, et reuerterētur eadē hora in Ierusalē, qui legit intelligat. Vnde et de primitiis ecclesiae traditur nō ab re, quod erat perseuerātes in doctrina apostoloru, & orationibus, & fractione panis. Deniq; exercitiū charitatis erga pximū, quāvis inimicū & hostē, quando in illo Christū intuemur, eūq; idcirco sicut Christū suscipimus, agnoscētes in eo uerē pximū Samaritanū nostrū: quia cū in suū iumentū, id est, carnem suā posuit uulneratū ac semimortuū, ut in scipso pœnas huius peccati lueret

3. CLAVES SCRIPTVRARVM

lueret, factus est quilibet nostrum. Hec inquam intima meditatio iuncta operi, non solum est scripturas intelligere, sed facere et exculpere, ut melius in te legi, ualeat, quam in chartis. In hoc enim perficitur imitatio Christi, qui dedit semetipsum pro nobis. Verum quoniam hec uia per paucorum est, et paucissimi ambulant per eam: ideo et scripture uerum intellectum ac sanum de illis in paucissimis uideas. Quocirca eleganter, nec minus uerè, ad quādam sanctā clarāq; feminam in hunc modum scripsit Hieronymus. Ex eo uidetur obscura lex, quoniam raro, in quo conficiatur, existit. Dei enim uerbum, uita est. Et nos aliud uiuendo quam uita est, uerbum Dei facimus obscurum. Quod si ea uita uiueremus que solum uita est, narratione legis eius nō erat opus, quam faciliter erat uidere quam loqui, quandoquidem nō in sermone regnum Dei est, sed in uirtute.

Hac ille. Haec tenuis circam primam clauem.

SECVNDAE

CLAVIS AD INTEL.
ligentiam Scripturarum, Confla
tio et Vsus.



VNC I GIT VR
ut alteram ostendamus
clauem, priori proximam et coniunctam, il
lud præmittendum ui
deo, quod sicut ad cui
iuscunq; scientia Isago
gen pertinet duo po
tissimum prælibari ac
prescire, uidelicet, ma
teriam de qua tractetur, et ipsius finem tractatus, ita
id et quæ pertinet ad scripturarum intellectum. Sed iam
diximus scripturæ materiam siue subiectum et summum
esse pactum et testamentum, quod habuit nobiscum De
us a principio, et hoc pactū esse I E S V M. Christum:
quia in eo totum continetur multis modis, cum sit uia,
ueritas, et uita ut ostendemus. Materia ergo totius scri
pture, I E S V S Christus est, patris ipsa sapientia
prædestinata a principio, in qua sunt omnes thesauri sa
pientia et scientia Dei absconditi. Finis item scriptu
re, ipse idem I E S V S, quia ipse prædestinatus est
in gloriam nostram, quam scripturæ docent. Quod ut
ipsius testimonio firmum habeas, audi illum. Moyses (in
quit) scripsit de me, ut per hoc uoluerit intelligere prim
f cipale

1. Cor. 2.
ad Col. 2

Ioann. 5.

82 CATHA. POLITI. 83
 cipale subiectum scripture Moseos fuisse C H R I S T V M. Quocirca magnopere miratus sum quendam ex nostris, qui monstrare uolens ubi Moyses locutus sit de illo, unum tantum locum protulit ex Deutero nomio is. cap. Prophetam fuscitabit, &c. quasi uero non p̄f̄sim Christus in ea scripture conspicatur ab habentibus oculos. Quod enim dixit I E S V S, Moyses de me scripsit, hoc significat, quod primarium illius scripture subiectum erat ipse I E S V S, et non quod in uno aut altero loco tractaretur: sed inassueti scripturis hoc non uident. Sic & in Psalmo testificatus Psal. 40. est: In uolumine libri scriptum est de me, ut facerem Deus uoluntatem tuam. Et alibi idem dixit: Oportet imple ri qua scripta sunt in lege, & prophetis, & psalmis de me. Et Lucas dixit, quod ipse dominus incipiens a Moyse & omnibus prophetis, interpretabatur illis in omnibus scripturis qua de ipso erant. Quod autem omninis scripture finis sit ipse Christus, Paulus dixit, Finis legis Christus ad iustitiam omni credenti. Et dilectus dicit: Hac autem scripta sunt, ut credatis quoniam I E S V S, est Christus filius Dei, & ut credentes uitam habeatis.

E S T O Igitur secunda clavis. Principale subiectum scripture est Christus, ut pactum nobiscum & finis, id est, pacti lucrum: quia ipse est uita eterna nobis parata, qua in scripturis est, ut est dictum. Et uide nunc queso quanta tibi ex ista clavi aperiantur, si noueris ut illa. Et primum quidem insignis ludeorum error patet, qui in suis interpretationibus nihil minus de scripturis accipiunt quam Christum, non solum in eis lo-

cis,

cis, ubi latet, & beatis duntaxat oculis fese ostendit, uerum in illis quoq; ubi clarissime illucere potest non excacatis. Et certe si scripture ipsa uacua esset Christo, quid queso dignum haberet, ut illi tantopere discendi gratia incumberenus? Evidem scripturam Christo uacuam recte comparaueris uagina, gladio uacua: aut spica uacua grano: aut utribus uino uacuis: aut denique, ut aptius loquar, cadaveri priuato spiritu & uita. Quare miratus sum nonnullos nostrae religionis & fidei uiros, qui delectati sunt (pretextu lingue) consuleare Rabbinos istos excacatos, qui solam fecuti sunt litteram, & à spiritu destituti C H R I S T V M inquieti non possunt. Vnde & isti nostri suis ipsorum commentarijs uidentur potius obscurasse C H R I S T V M, quam illustrasse: nam ferè nusquam ibi apparet. Nos autem non cæcos sequentes, ne cum illis incidamus in foueam, sed ipsam lucem, dominum nostrum I E S V S, & apostolos eius fidei magistros, hoc mordicus retineamus, C H R I S T V M p̄f̄sim haberi in scripturis. Quare quod uidetur de Salomonē dictum, ut illud: Ipse erit mihi in filium, & ego Reg. 74 ero illi in patrem, non ad Salomonem illum, qui erat Salomon secundum carnem rex caducus, & cuius regnum non prospere succedit, sed ad illum qui secundum spiritum uerus est Salomon, & uerus sempiternus q; rex, referendum est. Hoc enim intendit spiritus, & hic oculus spiritualis afficit, & sanè probat, uidens non impleri dictum illud in Salomone, qui fuit homo peccator, & aliquando impurissimus, cuius sonum non est firmatum. At scripturas impleri oportet, f y quod

quod Iudei miseri uelamen ante oculos habentes, non intelligunt. Similiter dixit propheta, Ex AEgypto vocauimus filium meum. Hoc spiritus de Christo intellexit uerè Dei filio, ut plenè indicauit Matthæus. At Iudeus et Iudaizans, hoc ipsum de populo Israele dictū suisse cōtentunt: id quod insignis ille apostata percussus à Deo in Euagelistę decisionē obiecit, quod uoluisset nobis illudere. Sed eludebatur ille miser. Iuuatur illi quidē primo. Psal. 18. aspectu litera, quam ex soli uident beati oculi. Sic cœli enarrant gloriam Dei, legimus: Et in omnem terram exiuit sonus eorum, et in fines orbis terra uerba eorum. Hic Iudeus ad hos uisibiles cœlos attendit, non at tolens oculos suos ad altiores cœlos, qui tamen fuerūt in terris. Nam eorum gloriam ferre non potuit, quorū sonum etiam reprobauit: immo à quorum sono, tanquam ab excellenti sensibili, percussus obsurduit. Sic et quidam Iudaizantes fecerunt. Et quam queso inde receperunt doctrinam, nisi illam que erat philosophorum, immo omnium habentium oculos? Quis non uideat horum cœlorum magnitudinem, pulchritudinem, constanciam, ordinem, Dei gloriam enarrare? Sed quid hoc habet propheticum? spiritus igitur, spiritus inquam eos nobis declarauit cœlos, quos Dominus constituit et firmavit, et illuminauit, nimirum sanctos Apostolos, quorum sonus exiuit in omnem terram, ut Paulus docuit. Sunt autem hac de re exempla quāmplurima, in quibus noui magistri iudaicam cœxitatem sequentes, semetipsose et alios qui alios sequuntur excœcant, propterea quod et Asaph dicere uidetur. Aperiā in parabolis os meū, non ad Asaph illum pertinet, ad quem manifestè nec pertinebat

Mat. 2. Osee. 11.

Ro. 10.

Psal. 77.

pertinebat illud superius. Attendite popule meus legem meam. Quam enim legem suam, aut quem populum uocabat suum Asaph ille, quisquis is erat homo? Verba igitur ipsius Christi hæc erant, qui legem suam tradidit populo suo. Ipse enim loquebatur quasi per aliorum organa, et aperuit in parabolis os suum, sicut et ipse dixit. Ecce qui loquebar, adsum. Hæc mihi de- Isa. 52. clarant Euangelistæ, quod noui quidam conturbare ausi sunt, non intelligentes quæ loquerentur, neq; de quibus affirmarent. Hic oportet interdum loqui du- 1. ad Ti- mo. 1.

¶ De prima diuisione scripturarum, & foedera libris siue pactis ac testamentis quæ iniit nobiscum Deus.



SCRIPTVRAE prima diuisione est in partes hoc modo, quod quedam dicitur instrumentum seu testamentum uetus, et quedam nouum. Dicitur autem instrumentum, quodcumq; est enarratiū cuiusuis pacti, aut testamenti et similiter scriptura ipsa pacti, seu testamenti, dici co- f iii fuerit

suevit pactum et testamentum, idq; p̄f̄m in ipsa scriptura legitur. Ob hoc igitur scriptura hanc accepit appellationem, et ita à sanctis patribus nuncupata est. Oportet autem scire illum qui eruditiri vult in scripturis, quod inter nos est Deum tantum chaos (ut ita dicam) interponitur, ut natura nullibi generi iustitiae locus esse possit, nisi quae est inter figulum, ac lutum figurum: immo & longè minus. Non enim figulus ita sui luti dominus est in ueritate, sicut Deus omnis creatura, qui fecit eam. Non enim figulus est creator materialium, modo inter figulum et lutum quid iustitiae estenisti ut pro beneplacito disponat figulus de illo, ut si placeat illi, sic dimittat ut semper sit lutum, et nunquam respiiat ad illud: aut si magis placeat, etiam proiectat, aut conculceret: aut si animo potius libeat, componant inde quae uelit, et qualia uelit ussa, sive in honorem, sive in contumeliam. Talis est inter nos et Deum iustitia, ut sicut lutum debeamus estimari coram illo, si solum secundum naturam consideremur. Et secundum hoc inuenias nos in scripturis in ea ratione ponire respectu Dei, in qua ponitur lutum figuli respectu ipsius figuli. Sic enim loquutus est Iob, Isaías, Ieremias, et ab his Paulus accepit. Non est igitur inter nos ac Deum locus iustitiae ulli, non distributiue nec coimmutatiue, ut ipse in aliquo obligetur nobis, nisi nos extulisset supra naturam nostram donis, et dignatus fuisset inire pacta nobiscum, et inuicem obligari. Et haec sunt pacta quae in scripturis continentur. Non autem unum fuit pactum, sed plura: quae oportet quamdiu genitissime considerare.

Iob. 27.
Isa. 45.
Ierem. 18
ad Ro. 9.

De primo

¶ De primo & maximo pacto, ac fœdere sempiterno.



RIMVM ergo et maximū pactū, quod suū uocat Deus, est ipse Christus. Miraris? At sic uocatur in scripturis absq; ambiguitate si uelis accipere. Sic enim legitur Genesis 17. Ecce pactum meum tecum. Et iterum, Et statuam (sive) erigam pactum meum inter me, et inter te. Et apud Malachiam. Et scieris quia misi ad uos manuē Malac. 8 datum istud, ut esset pactum meum cum Leui, dicit Dominus exercituum. Pactum meum fuit cum eo uitæ et pacis, et dedi eas illi propter timorem, et timuit me et a facie nominis mei contritus est. Lex ueritatis fuit in ore eius, et c. Quæ cum manifeste de Christo dicantur, satis patet ipsum dici mandatum, et pactum: Dei inquam pactum, et nostrum. Quid ut breuiter declaremus, uocis ratio primum manifestanda est. Pactum enim non aliud est quam conuentio quedam: nam ut quidam iurisconsultorum ait, Sicut qui ex diversis locis in unum coēunt, conuenire dicuntur, sic et qui ex animi sententijs diversis in unam ueniunt. Et pactum similiter à pace dicitur, quod inuicem distantia, et inimica inuicem, pacto medio concilientur, et copuletur. Quia igitur omnis creatura coram deo nihil est, et nullo illi commercio suapte natura copulatur: nam ut illi summus honor impendatur à creatura, non erit illa tamē in conspectu dei, plusquam lutum in conspectu figuli, sicut dictum est, ita ut quedam quasi contrarietas atq; inimicitia estimari possit, comparata Deo, et presertim nos, qui has domus luteas inhabitamus, et sumus magis caro quam

Iuris, in digestis de pactis tit.

f iiiij spiritus

^{ad Co-} spiritus, cum in nobis uigeat caro, ac uelut superior do-
^{rin. 15.} minetur: quia factus est homo primus in animam uiuen-
^{Rom. 8.} tem, non in spiritum uiuificantem. Ideo dixit Paulus, pru-
dentia carnis inimica est Deo. Ergo ut posset nobis esse
aliquid ius et iustitia cū deo, necesse fuit eleuari naturā
nostrā medio quodam pacto. Sed audiat queso in hoc
^{Hier. 29.} homo sapientiam & bonitatem Dei. Cogitauit enim
summus & clementissimus pater uerè cogitationes pa-
cis pro nobis, ut conciliaret nos sibi, & in commer-
cium extolleret summo pacto, quod hinc ortum habuit
a principio. Ipsum enim eius uerbum & filius, illa sum-
ma sapientia & uera lux, cum uideret cuncta quæ con-
di possent, & conditurus esset per illum pater, & illa
esse non ualde bona in seipsis, quodam ineffabili modo
affectus sibi ipsi, ut posset sibi complacere in opere suo,
& reddere ualde bonum (quia ex ipse cum patre erat
cuncta simul componens) decrevit semetipsum suæ crea-
turae coniungere, & illam quodam modo in seipso in-
serere, instituio quodam admirando, ac sempiterno: &
cum diligenter omnia, illam ex omnibus creaturam pre-
ceteris elegit, & adamauit, in qua quodam modo con-
spiceret ipsa omnia, hec autem fuit natura nostra.
Quamobrem quæsuiuit eam, ut uelut sponsam sibi illam
assumeret nexus insolubili ac sempiterno. Hec enim uox
cius fuit adamantis. Et delitiae meæ esse cum filiis ho-
minum. Non potuit displicere patri hic filij sui affe-
ctus erga nos, & amor qui a communi amborum
spiritu ueniebat. Nam & hoc Pater uolebat, ea-
dem penitus uoluntate ac spiritu. Decretæ igitur
sunt haec nuptiae ab eterno, spiritu ipso pro nobis
efflagitante

^{Prouer.}
^{bi. 8.}

efflagitante has gemitibus imenarrabilibus. Ipse enim
quasi paronymphus fuit inter nos & patrem pro filio.
Venit ergo tempus quando paterno beneplacito illa
conuentio adeò inter se distantiam naturarum, diuinae,
& humanae (que poterat quodammodo inuicem inimicis
simæ censeri propter distantiam summam, saltē respe-
cta carnis) facta est per coitionem earum in unam per-
sonam: & hoc fuit primum & altissimum pactum, ex
quo reliqua omnia exorta sunt, & in illo quasi funda-
mento mirabiliter constituta. Hoc dicitur hactenus
Dei pactum purum, nulla conditione nutans, aut irri-
tabile, sed sacrosanctum ac sempiternum. Ex quo sub-
saltauit C H R I S T V S, qui ob hoc pactum Dei, dici-
tur, quod ex illa conuentione & unione perfectum est.
Quia enim hic fuit unio rerum, & non solum uolunta-
tum, idèo & quod inde sic constat, pactum dicitur.
Ipse nimurum unus C H R I S T V S ex duabus his na-
turis nulla cōmixtione, nulla confusione per hoc infe-
cuta, consistens. Vnde & duas habet uoluntates inui-
cem distinctas, & ex suis principijs, uenientes, increas-
to scilicet & creato, quæ cum uno & eodem spiritu
conuenirent in unum, idem prorsus probantes atq; im-
probantes, perfectum reddiderunt hoc pactum. Nulla
enim humana noluntas unquam sic diuinae consenserit, ut
idem prorsus ac perfectè probaret, idq; improba-
ret, sicut illa humana C H R I S T I. Vnde præclara illa
^{Mat. 26.}
^{Iozam. 8.} vox. Non sicut ego uolo, sed sicut tu. & Quæ ei plaz-
ita sunt facio semper. Ecce igitur primum pactum,
honor hominum, letitia angelorum, liuor et dolor &
horror dæmonum, C H R I S T V S noster. Sed audi
nunc

nūc pactum aliud huic primo proximum. Cum enim per hoc primum non due personæ fierent, sed una tantum persona maneret, sicut erat, nimirum ipse Dei filius Christus factus, non potuit hoc pacto contentus esse:

Gene. 2. nam et ipsi conueniebat habere sponsam. Non enim erat bonum ipsum esse solum, cūm non solum propter seipsum esset, sed etiam propter omne reliquum genus nostrum, quod iam honoratum erat per illum ob affinitatem iām contraham per carnem, uerbum enim caro factum est: participauit enim ipse etiam carni & sanguini, ut sic nos eucheret atq; capaces faceret commercij sui secum, & cum patre suo, & communī amborum spiritu. Quare cum ipse esset uir respectu nostri, cui omnis subiectio debebatur, appetiſt & ille rurſus sponsam intimam sibi, quam sibi subiiceret, unicęq; diligenter: quod item pacto speciali fieri decuit. Sed quenam ad hoc idonea, niſi una, illaq; que primum ex illo tantum, atq; eius fortitudine prodiret: & ex qua uersa uice ipſe dignaretur accipere carnem suā, ac ſic commiſceretur cum tanta dignitate in pacto illo primo. Vnde igitur solam & meritò dignam censuit, cui quām proximē iungeretur ut sponsus, ut ſic etiam ille ſexus feminarum dignificaretur, & ne ingratus illi effet de qua carnem suam accepit, ſed spiritum fortem illi redderet pro carne, id est, os de oſib⁹ eius, ut ſic fieret uirago mulier illa fortis, quam Salomon exquireret

Hebr. 2. dicens, Mulierem fortem quis inueniet? Et in quam Satān liuorem cordis cum ſuis nequam spiritibus exercuit. Facta est igitur & hæc ſecunda conuentio & pactio, ſed non ſicut superior, ut due nature in unam personam

personam coirent: ſed ut duo manētes in una carne (quia caro filij, matris erat) uno tamen eodemq; ſpiritu in unū copularerent, ut idē uellent, idemq; nollent, eodemq; ſpi ritu ambo clanarent, Abba & pater: & quodā modo unius ſpiritus fierent, ſicut scriptū eſt, qui adh̄eret Deo unius ſpiritus eſt cum eo. Quocirca uocata eſt hæc una singulariter, non ſolum ſecundū carnem, mater primi partit, hoc eſt, Christi mater, ſed reciprocē etiā eius filia, quia ex eo & eſſe ſuo deſcendit. Et item amica, quia iāe uelle idemq; nolle fuit amborum. Et nihilominus ſoror, quia ex eodem patre Deo per eundem ſpiritum nati ambo ſunt. Deniq; nomen ſponsa ſibi singulariter uendicauit, quia ipſius osculo atq; amplexu prima ſalutata eſt medio paranypho fortissimo archangelo, et fides huius cem data. Nam illa prima ſumma fide, & charitate, has cōcupiuit nuptias. His enim, quasi uete nuptiali, uirtutibus, ſcilicet, fide, & charitate, induita eſt ſpōſa iſta ſuper omnes, & ideō meruit in ſponsi thalamū ingredi, et uesci ſponsi cibis, fruiq; delicijs, quia & ex illa ſecundum carnem quā de thalamo ille prodidit ſponsus ſuus. Ec cum igitur ſecundum pactum idemtide purum, et ſanctum, ac ueluti glutino quodam illi primō annexum. At putas queso tales, ſponſum & ſponsam, ſteriles manere potuisse, ut ipſi primum coēentes non & alios generarent? Abſit. Sic enim non fuiffet honoratum tanta affinitate, & cognitione contracta ſecundum carnem, genus nostrum, niſi & ſecundum ſpiritum ſimili modo proucheretur, ut una intrare posset ad nuptias. Ergo deriuata ſunt pacta plura ob hanc rem, inter Deum, & nostrum

ad Ro. 8.
1. ad Co.
rinth. 6.

Hæc omnia habentur in can ticis.

Lucæ 1.

nostrum reliquum genus, promisit enim tertio Deus pa-
ter daturum etiam in uniuersum nobis, et cuiq; nostrum
pactum suum primum, id est, C H R I S T V M, ut post
illam primam sponsam, et nos in uniuersum sponsa illi
essemus, et quicunq; nostrum ueluti sponsum suum illum
acciperet, si modo et nos prima p̄imarieq; sponsa sue
inherentes, uestem nuptialem (sicut illa) indueremus,
fidem et charitatem. Non enim omnimo purum est pa-
ctum nostrum: sed cum conditione hac, a qua multi pos-
sunt excidere sua culpa. Sed nō sic erat primum pactum,
purissimum enim fuit omnino. Secundum uero non ita
purius, sed cum conditione, quam tamen purificari opor-
teret. Tertium conditionem habebat, a qua plurimi pos-
sunt excidere. Igitur quicunq; in has nuptias candi-
dantur, fide pactum suscipientes, quasi sponsalia con-
trahunt cum illo, sua die admittendi in sponsi domum.
Sic igitur tota fidelium congregatio, quasi corpus
unum (quod ecclesia dicitur) adhaerens prima sponsa
C H R I S T I, et per illam C H R I S T O: ipsi simili-
ter C H R I S T I sponsa in scripturis sanctis uocatur,
ita ut omnia pacta reducantur in unum, scilicet, illud
primum cui sequentia annexuntur, et sint omnia unum
pactum extensem: quia uerbum, quod factum est caro,
et primo illi carni individualiter unitur, per illam spiri-
tu coniungente unitur sequenti sponsa Virgini, tanquam
primo et contiguo membro, et per eam similiiter nobis
omnibus qui illi haeremus. Vnde ob hoc maximè dictum
Fid. 10. 3. puto, Extendens cœlum sicut pellem, et tegis aquis su-
periora eius. Verum est tamen, quod si huius corporis
membra inuicem comparentur, alias atq; varias for-
tiuntur

tiuntur appellationes. Nam omnes comparati ad illam
sacerdotiam uirginem, penè nomen sponsæ amittimus.
Nam illa singulariter sponsa dicitur, de qua dictum est,
et tam sepe repetitū, Tota pulchra es, et macula nō est In cātie
in te. Quod de nulla aliarum animalium recte dicitur, cum
omnes, ut cōditu sumus, iræ filij inueniamur, ut nostri cō
paratione de illa dicatur. Sicut lily inter spinas, sic
amica mea inter filias. Vnde hæc singulariter electa dici-
tur, formosa, speciosa, immaculata, ortus cōclusus, fons
signatus, que ut magis discerneretur à cæteris, hac no-
ta singularitatis, distinguitur. Ait enim: quinquaginta
sunt reginae, octoginta cōcubine, adolescētularū nō est
numerus. Vna est colubra mea, perfecta mea, una est ma-
tri sue, electa genitrici sue. Sed non sufficeret charta si
perseque illam suis laudibus uelle, quāquam ineruditus
et infans, et omnino indigneus. Illud ergo in summa,
quod illa est primum et nobilissimum membrum totius
corporis, audiens contingere ipsum sponsum suum, ut in
illa quasi conclusum reliquum ecclesiæ corpus merea-
tur etiā ipsum sponsa dici. Quoniam et in easdem nu-
ptias ac thalamum introducitur, si modo (sicut est di-
ctum) uestem induerit nuptialem. Sed oportet nunc di-
stinctius istud ultimum nobiscum habitum pactum, siue
fœdus, ac testamentum, cum suis rationibus (quantum
poterimus) breuiter enarrare.

¶ Quomodo primum pactum nobiscum
initium, irritum fecit homo
peccato suo.

Poff-

POST QVAM Deus creauit hominem cum uiderer suapte illum natura multis necessitatibus expostum, et plurimis undique circumuallatum miseris, et ad malum praeliuem, et denique morte dissolubilem: misertus illius erexit illum, et multis collatis donis uallauit eum, gratia, iustitia, sapientia, fide, spe, charitate, perennitate, omnibus denique tum animi tum corporis dotibus honestauit, omnibus ab eo molestiis et doloribus (quibus natura nostra obruitur, ac sè numero succumbit) abiectis et amputatis. Hec autem non absque pacto facta sunt. Pactum autem in hoc fuit, ut haec dona primùm in eo ueluti parente, ex quo omnes prodituri eramus, conservarent, et propter illum in uxore sua, et ex eis, propter ambos, ad omnes deriuarent quicunque ex illis concepto semine nasceremur, ut illa seruantes inueniremur quādoque et nos in prioribus pactis, et summo illo quod erat C H R I S T V S, gauijuri cum eo in beatis et aeternis nuptijs, iam paratis nobis in illo. At hoc non pure ac simpliciter, sed speciali etiam quadam conditione ad Gene. 2, iecta, si de arboris cuiusdam fructu primus ille parens non ederet. Sic enim uoluit quasi dominus agnoscere, et quod homo non suo iure, sed gratia, dona illa accepérat. Edit autem ille contra mādatū, et irritum fecit pactum illud: quare spoliatus est ipso iure donis omnibus, et conditionibus naturae sue dimissus in miserias et dolores, quod etiam meritisimē coniecti sumus omnes nos, qui ex illo descendimus, nam sic erat in pactis. Ipsi autem, qui sua ipsorum uoluntate preuaricati sunt, reos etiam secundae atque aeternae mortis se se constituerunt, perpetuo cruciatui

ciatui quandoque tradendos, nisi alio ac nouo pacto conciliarentur, et nos cum illis simul omnes: quod pactum, quia misericorditer insecurum est, de quo tractat omnis scriptura, idcirco ad intelligentiam ipsarum scripturarum apprimè ac p̄fīm opportunum est de hoc pacto quædā præmittere et cōmēdere, ut fide certa recipiatur, si ne cuius rei fide, nullus est qui nō cœcutiat in scripturis.

¶ De pacto nouo & testamento æterno quo delatum est peccatum, & gratia restituta.

VM igitur tanta præuaricatione perdita esset natura nostra, quia omnes ira filij cōstituti eramus, et iterum cogitaret pater misericordiarū, et Deus totius cōsolatio-^{ad Ep. 2,} non afflictionis cogitationes, sed pacis erga nos, cōdē ipso spiritu hoc pro nobis postulante & emitibus in= ^{2. ad Co.} enarrabilibus, decreuit nos, q̄ sic cecideramus ita ut rediti effemus indigni gloria, et decretarū nuptiarū, in= staurare in gratiā suā. Videbat enim optimus ille pārēs indignū esse sic manere bona partē uniuersi collapsam, et iam decretū sponsum ac spōsam orbatos fore liberis, ut ipsi soli duo manerēt: aut fortē solus ille uir, primum illud pactum Christus (quod et intolerabilitate erat ob suā bonitatē, qua et gerrimē ferebat esse sine spōsa filium suū) quo circa cogitauit ipsum primū pactum, scilicet, Christum filium nō quidē tollere, sed cōmutare, et aptare aliter quam ab initio fuisse aptatus nobis, et simili modo pactū secundum incedūm cū uirgine decreta sibi in sponsam primam. Immutauit autem in hunc modum.

Nam

Nam primò ille Dei filius, qui in prædestinatione sua adoptauerat sibi sponsam, humanam scilicet illam certam, et individuam naturam, quam sibi adiungere decreuerat, ut dictum est, non decreuerat sibi eam adiungere talem qualis erat ex se, scilicet, secundum naturaë suæ conditionem, imbecillam, infirmam, corruptibilem, mortalem, natam experiri labores ac sudores et dolo-
res, et alias miseras, quas longum esset ac tedium enu-
merare: sed sicut decebat filium Dei decreuerat illam (quam assumpturus erat) sponsam, tum quum primum iungeret, pulchram reddere, fortē, decoram, glorio-
sam, beatam, ut propterea cōspiceretur ipse non in for-
ma serui obscurus, et uir dolorum, et cognitor infir-
mitatum, sed in forma Dei gloriosus, et fortis, et spe-
ciosus pre alijs. Hoc enim pacto uenisset reuifurus alii
quando genus humanum, prouecturus illud in gloriam,
ut et cum illo suis nuptijs frueretur in cœlo. At post-
quam uidit clementissimus pater, illo parentum nostro-
rum delicto, redditum esse incapax ipsum uniuersum
nostrum genus tanti boni, quoniam merito constitutum
erat sub ira Dei, et diuissimum uiribus ac potestati Sa-
tanæ, qui nos uicerat quum parētes prostrauit, quia nos in illis pacto claudebamus, ipse optimo atq; eodem
sapientissimo consilio cogitauit (ut dixi) non quidem pa-
ctum illud primum de medio tollere, quod sine paeniten-
tia iam decretum erat, fore scilicet Christum, sed eius
conditionem immutare. Nam cum alioqui ipse uetus
fuisse, etiam secundum eam partem quam sibi de nobis
adiungebat, ut par erat, non ignobilis sed gloriosus, non
animalis sed spiritualis, non infirmus sed potens, non
corruptibilis

corruptibilis sed incorruptibilis et immortalis, ipse im-
mēsa sua gratia et misericordia, ne solus sine nobis bea-
tus esset, renunciavit omni iuri suo. Hoc enim benignus
ille patris spiritus, atq; adeò ipsius filij postulabat, et
quidem quod sepe dixi, et dicam, gemitibus inenarrabili-
bus. Quamobrem suapte sponte semetipsum extin-
niuit hoc pacto, id est, quod cum illi sponsa suæ prima-
rie scilicet illi carni quam decreuerat accipere etiam
ab initio, perfecta gloria, id est, perfecta ac digna do-
tis munera, digna inquam spōso tanto, deberentur,
(cum nec apud homines conueniat sponsam duci indo-
tata, ita ut si quando iungitur inops et paupercula
spōso cuiquam diuiniti, aut regi, ipse spōsus pro dignitate
ac diutijs suis dotem illi constituit) cum inquam sic de-
cūsset, tamen ut iratum patrem aduersum nos placaret,
quia fuimus in patre nostro superbi, excellentioris q;
dignitatis cupidi quam æquum esset, et quam ille nobis
prefiniuisset, elegit uenire humilis, obscurus, abscondi-
tus: et sic tanquam abiectis uestibus diuinitatis suæ,
qua illam decebant, in forditis et pullis in cinere ac ci-
licio, quo conuenienter peccatum ipsum nostrum tolle-
ret, quasi unus ex nobis apparuit, id est, quasi pecca-
tor, cum esset ipse omnino innocētissimus, sed sic ad pur-
gandum omne peccatum idoneus, cum sic abiectum et
luctuosum, quasi pro sponsa mortua ante oculos miseri-
cordissimi patris pro nobis miseris semetipsum exhibe-
ret, ut sic et nos à iure diaboli redimeret cum quo lu-
ctaturus ueniret, et proculdubio expugnaturus eum,
et reconciliaret patri, ut sic possemus denuò intrare
in pactum pristinum, sed itidem mutatis conditionibus.

g Sicut

Isa. 53.
Paul. ad
Phil. 2.

Sicut enim nos ex peccato nostro alterauimus pactum primum ipsum, scilicet (ut sepe diximus) Christum, et quodam modo perueritus deducentes illum de gloria in ignominiam, et de sapientia in stultitiam, et de fortitudine in infirmitatem, sic oportuit et innouari instrumentum, ut assimilaremur ei. Nam illud primum pactum constitutum, est norma omnium consequentium. Si enim non fuisset peccatum, Christus uenisset in sua gloria et decore in forma Dei, et sic non fuisset alteratum pactum primum, scilicet, illa conuentio et unio naturarum pro sponsi dignitate. Nam unita fuisset illi sponsa sua, cum omni dote conuenienti. Itaque merito et nobis absq; sudore, ac labore, datu fuisset uesci pane nostro; et cum omni facilitate potitiu fuissimus regno ipso, Christo. At uero postquam peccauimus, et ipsum Christum nobis ipsis sic immutauimus delicto nostro, ut eum in tantas ac tam miserandas adegerimus miserias, non aequum fuit ut etiam ab eo redempti, mox restituueremus per omnia in pristinum statum, cum illis dotibus que uidebantur conuenientes naturae nostra, et quas ab initio accepemus. Sed hoc par fuit, et bene nobiscum etiam sic actum est, ut cum labore etiam nos quereremus gloriam, quam perdidimus, quia Christus pro nobis abiecit illam. Nos enim coegerimus ipsum, cum tamen sua esset, et ipso uire sibi deberetur, sed propter nos cum sudore, quasi non suam, obtinuit ea, quia iam (ut dicimus) nostri gratia abiecerat. Sic enim oportuit pati Christum et sic intrare in gloriam suam. Oportuit autem dico, postquam sic uoluit, sic elegit. Elegit autem id propter nos (ut saepius dicam, quod nunquam factis)

Luc, 24+

tis dicitur) non propter seipsum. Vide igitur quidem congruè restituti sumus non prouersim integrum, nisi quod ad gratiam et pacem pertinet. De qua tamē re longior habendus esset sermo, quā alio tractatu perlustror, ideo hic fileo circa hoc, modò scirimus dupli de causa maxime uenisse nos in deteriorem hanc parti conditionem, quo ad uiam. Et prima est, quia deteriorem Christi causam nostro delicto nos fecimus. Sicut enim eleganter Bernardus dixit, non decebat sub capite spinoso membra esse delicata, nam ipse debuit semper esse forma nostri, ut sicut ei aptandi sumus in gloria configurati illi in patria celesti, ita hic illi aptaremur in ignominia et passionibus. Secunda uero causa est, quod ratio peccati etiam id in nobis exigebat, scilicet ut reliquiae illius manarent ad hoc, ut haberemus semper ob oculos illud, et sciremus quomodo cecidimus, et humiliaremur, ac sic non solum dico ueniam obtaineremus peccati, quam semel consequuti essemus per Christum, sed custodiemus humilitatem, ne sicut ab initio, rursum per superbiam excideremus. Consideratio enim propriæ infirmitatis multum facit ad sui cognitionem, ac depressionem elationis, que summe dispergit magno Deo. Ecce cum igitur innuatum pactum nostrum in C H R I S T O, quia pactum antiquum irritum fecimus, et violauimus ipsum pactum Dei, C H R I S T U M, sapientiam, per stultitiam nostram, adigentes illum ad insaniam propter nos, ut sic iuste exigatur a nobis propter illum stulti, id est, ut sumus stulti in eius gratia, ne sumus ingrati. Sic enim sapientissime constitutum est a Deo, ut quia non nouimus Deum in sapientia sua, id est,

g ij m

^{ad Co-} in primo pacto sapientissimè ab eo ordinato, propter
ad Cor. 10. ea per fructum crucis, recipiendo illam fidem, & ope-
 re: sautem consequeremur. Hic ergo statutum, & sic
Gen. 3, dictum fuit Adæ in sententia Dei post peccatum, et in
 illo nobis omnibus constitutum à Deo est. In sudore uul-
 tus tui uesceris pane tuo. Magnum hoc certè uerbum,
 & multo sermone indigens ad interpretandum. Hæc
 sunt tamen pacta, de quibus tota scriptura pertractat.
 Nam horum omnium ratio & commutatio capititur ab
 ipso Christo, quia enim irritum fecimus paëtū nostrum,
 quod fuit in Adam, per peccatum, & sic commutati nos
 ipsum etiam Christum et pactum primum circa illum co-
 mutauimus, oportuit consequenter ut et pactū nostrum
 cōmutaretur, per quod fuit instauratio nostra in Chri-
 sto sub cōditionibus durioribus. Quam commutationem
 mirifica allegoria licet agnoscere in Galilæa, ad quam
 Christus Bethleemiticus trāsmigrat, ubi concipitur, et
 quam elegit in patriam suam: et similiter à suis discipu-
 lis quos Galilaos uocat scriptura. Sed et à multis alijs ad
 mirabilibus typis. Verum quia huius mysterij non erat
 capax ab initio humanum genus, summa prouidentia
 Deus optimus uoluit esse mundo absconditum, nisi quod
 paucis reuelatum est patriarchis ac prophetis. Adæ pro-
 culdubio antequam peccaret, quod ex eo patet quod
Gen. 2. ipse, prophetando non à semetipso, dixit. Hoc nunc os
ad Eph. 5. ex offib⁹ meis, quod magnum esse mysterium testatur
 Apostolus, in Christo et Ecclesia. Sensit et postmodo
 patrato peccato id pactum esse sibi alteratum, et quasi
 nouatione quadam (sic enim iuris consulti dicerent) prio-
 re irrito pacto suscitatum, quando ei dictum est. In su-
 dore

dore uultus tui uesceris pane tuo. Nam quod in sensu
 eximio et perfecto, loquatur de pane Christo, ego quia
 dem nequam dubito: et sensus huius sententiae exiz-
 mius est, quod in eam deducti sumus conditionem in pa-
 cto nouo et instaurato nobis per C H R I S T V M, ut
 oporteat nos maiore cum difficultate illi applicari per
 fidem, et susceptionem crucis eius. Quæ res longè diffi-
 cilior est, uidelicet ut crucifixum, Deum esse gloriare re-
 ciplamus. Item per sacramenta quæ remotissima à sensu
 nobis et inuisa, significauit, intremus in illum, et per
 opera contraria carni, à qua explicari etiam per com-
 munem gratiam uix possumus, in illo ambulemus. Intel-
 lexit igitur hoc pactum in eis uerbis pater Adam. In su-
 dore uultus tui, &c. Credo etiam huius rei notitiam de-
 riuasse in Abel, qui per hanc fidem meliorem hostiam
 Deo obtulit, quam Cain frater eius inuidus, et incredu-
 lus. De Seth etiam scriptura meminit, qui per Abel
Gen. 4.
 datus est Adæ, de quo etiam testatur scriptura ipsa,
 quod cœpit inuocare nomen Domini, nimis et procul
 dubio C H R I S T I. Post hunc commendatur eius
 iustitia Enoch, deinde Noë, in quo prima ætas mun-
 di terminatur. Illuc usq; uocatur mundus originalis,
 ut ait diuus Petrus: quia nondum illi ortus Christus
2. Pet. 2.
 intelligitur, sed tanquam in utero materno conceptus:
 quia spiritus sanctus continebat eum in semetipso, ui-
 dens nondum esse tempus prodendi illum. In Noë au-
 tem tempore quodam modo exit ex utero tenellus in-
 fans illi enim primum dictum est. Ponam foedus meum
Gen. 9.
 tecum. Vnde transacto aquarum cataclysmo, illi dictum
 est. Ecce ego statuam pactum meum uobiscum, et cum
 g. iij generē

genere uestro post vos. Et sic iniuolutè ac implicitè nimis significatus est ei. Venit ergo non multò post Abramam, quo tempore placuit Deo magis explicare pactū hoc. Nam uenit tempus circuncisionis infantis, & tunc data est illi circuncisio, & facta repromissiones: & in eo quodam modo dicitur incepisse fides, quia magis explicitè traditum est de illo, & hoc pacto firmatum est in carne sua, quia re promissum est ei quod de ipsis semine foret oriundus. Credidit, & iustificatus est, & de cretus Christi pater, & pater fidei, & extensum est ei nomen, & positus est tanquam typus & exemplum omnibus, qui coram Deo uellent iustificari. Vnde et sinus Abrahe, sinus fideliūm (id est) ubi fideles continentur nūcupatus est. Venit autē etas masculina in Moysē, & propositus est ei Christus magis explicitè: & post re promissionem factam ipsi Abrahe, fecit nouas promissiones nascenti populo cum in AEgypto esset, de liberatione ab AEgyptijs & manu forti Pharaonis, & statuit huius*Exo. 12.* ius rei pactum in agni uictima, & sanguine eius: & promisit terram fluentem lacte & melle, & cum essent iam erupti, sed peregrini in deserto, dedit eis legem per angelos in manu Moseos, que omnia solum ad illum populum attinebāt, quem sibi adoptauit ut promiserat Abramam ipsi, ex quo descendit per Isaac tamen, non per Ismael: quia dictū fuit. In Isaac erit tibi semē, et reiectus est Ismael: quia ex ancilla, non ex libera natus. Et similiter per Iacob sive Israel, nō per Esau: quia Esau renuntiavit primogenitura sive, unde & eius benedictionē præripuit meritò frater eius: que omnia, licet in figuris contingere, cōseruat nihilominus et in litera ueritatē suā.

Summa

¶ Summa eorum quae toto instrumento veteri complectuntur, & quare subintrarint carnales promissiones & lex.

R O M I S S I O N E S I G I T V R
iste terrenorum, atq; ipsa adeo lex, non abstulerunt re promissiones magni pacti cum Abraham initi, quod hæres fuisset futurus mundi ipse, & senectus eius post cum, quod est CHRISTVS: sed ideo subintrarunt (sic ut Paulus) ut cum ueniret ipsum pactū, id est, CHRISTVS ad Gal. 3⁴ ipse, paratores essent ad recipiendum illum & docilio res. Finis enim legis Christus. Sed hīc dices. Quomodo Rom. 3⁴ per leges & alias promissiones hoc fiebat ut uentreteretur ad Christum? Certè grandiore sermone hīc opus esset ad declarandum immensam, in ijs domini sapientiam, ac prouidentiam: tamen non grauabor capita ponere siicut dedit Dominus intelligere, quia de huius rei notitia magnus & perit aditus ad intelligentiam Pauli, & scripturarum. Promissio et pactū primum quod subintravit, fuit agnus & phæse domini, quo mrelio eductus est ille populus de AEgypto, & liberatus de manu forti diuilius Pharaonis: & factus Dei, ut potè redemptus ab illo. Qui enī redimitur, eius est à quo redimitur, ut iura uolūt. Redemptus est tamen ut sic ueniret in terram sanctam promissionis, obediens nihilominus interim in deserto, in quod introductus est ut tentaretur, si forte perduraret in temptationibus, ambulans cum Deo suo, ut per hoc intraret in requiē ipsius. De quo pacto secundum literam satis habetur in scriptura veteri. Hic Exo. 12⁴ ritus atq; obseruatio ducebat ad CHRISTVM per modum

g. iiiij. dum

dum figuræ ostendentis ueritatem ueri agni, et pacifici.
 Quis enim sapiens credat in agno illo animali, eiusq; ui-
 ctus et sanguine, posuisse Dominum salutem homi-
 num? Sic autem interim ducendus erat populus adhuc
 rudis, et solidi ueri cibi adhuc incapax, scilicet, illa fi-
 gura, ut Christo adueniente ipsum uerum agnum agno-
 sceret, qui uerè abstulit peccatum mundi, et liberavit
 ab AEGypto, id est, mundi cupiditatibus populum suum.
 Populus autem suus futurus erat, qui in illum creditu-
 rus esset, et ingressurus in eum tanquam in pactum, et
 de manu ueri Pharaonis eruptus, hoc est diaboli, in ter-
 ram promissionis ueniret, quæ est Christus, idq; phase-
 Ioann. 13. medio ac sanguine, id est, per eius transiitum de hac uia
 ta ad patrem, qui sanguinis effusione celebratus est. Et
 in hoc fuit pactum uerum, et testamentum, sicut testa-
 tus est Dominus, dicens. Hic calix testamentum nouum
 est in meo sanguine: ut quilibet qui uellet sanguinis lu-
 crum participare, id est, euadere a Pharaone, et in ter-
 ram promissionis uenire, de hoc sanguine poneret in
 Exo. 12. utroq; poste, et superliminaribus domorum: quod non
 est aliud quam illu fide, ac dilectione suscipere, ac pro-
 fiteri palam non erubescendo crucem Christi: tum uiam
 deserti per gere, id est, mundi huius, quem quilibet ut de
 1. ad Co- fertum habere debet, ut sicut ait Paulus: Qui utuntur
 tinrh. 7. hoc mundo tanquam non utantur, sint. Vide ut hoc qua-
 si per figuram docebat Christum, et ducebatur ad illum.
 Exod. 16 Post haec habes in deserto, huius populi adoptionem,
 et procuratum illi cibum de celo, et legē datam que
 diuidebatur in tres partes, in mand. ita, et ceremonias,
 et iudicia: quibus etiam, licet alio atq; alio modo, du-
 cebatur

cebatur ad CHRISTVM. Per mandata quidem,
 quia per illa uenit in agnitionem peccati, quod prius
 ignorabat, sicut ait Paulus. Concupiscentiam nesciebam, ^{Rom. 7.}
 nisi lex diceret. Non concupisces. Veniens autem homo
 in cognitionem peccati, id est, concupiscentiae auerten-
 tis a Deo, et cum hoc experientia comprobans non
 posse se continere ab illa, quim illi succumbat. Ut idem
 Paulus docet, audiens aduenire medicum et medicinam
 potentem hoc peccatum auferre, et omnem uim eius,
 profecto nisi sit fatuus, et filius diffidentiae, ita se insti-
 tuet homo iste, ut uenientem medicum dignè suscipiat,
 et in eo totam spem ponat salutis suæ. Ecce igitur quo
 modo lex per mandata ducebatur ad CHRISTVM.
 Per ceremonias uero dupliciter ducebatur: et uno quidem
 modo, quia per illas lascivium populum aliquo modo co-
 tinebat in officio, tanquam ligans phreneticum (ut ele-
 ganter Augustinus declarauit) donec ueniret medicus
 qui illum liberaret a phrenesi. Sic tam multis ac magnis
 oneribus depresso est, ut per haec interim a multis alijs
 facinoribus abstraheretur. Alio uero modo, quia omnes
 illæ ceremonie præter hunc finem, et preter alias ratio-
 nes que afferri possunt ad literam (de quibus dicetur
 inferius) sic erant ordinatae ac terminatae, ut futurum
 statum Ecclesie in CHRISTO significarent, et
 hoc pacto etiam illæ ducebant ad CHRISTVM.
 Par iudicia uero tandem, quia et per ea figuraliter de-
 signabatur futurus status iudicij aeterni, quando redditu-
 rus est Deus unicuique secundum opera sua: ac similiter
 per eadem iudicia contineretur impetus eius morbi, id
 est, carnalis concupiscentiae hac illac effluentis. Et sic
 etiam

*etiam hæc iudicia ducebāt ad C H R I S T U M . Adhuc
I Co. 10. quicquid illis contingebat, in figuram contingebat. vt
Exo. 14. ille transitus per rubrum mare, ubi fit saluus Isræl, et
A Egyp̄tij submerguntur, sanguis est C H R I S T I , qui
ab illis uenerabiliter suscep̄tus, saluus est eis. Ab alijs au-
tem conculcatus, fit suffocatio, quamquam et A Egyp̄-
ptiorum submersio, etiam peccatorum et concupis-
tie mortem significat. Item lignum illud quod dulces
reddidit aquas, et mare, lignum crucis erat. Et manna
quod pluit, Verbum caro, et petra percussa, C H R I-
S T V S erat. Item templum, tabernaculum, altare, pro-
15. usque ad ca. 21. pititorium, candelabrum, mensa, arca, panes proposi-
tioniis, et cetera instrumenta. Aaron eiusq; uestimenta,
totum, ornamenta, unguenta, odoramenta, uictimæ, hostiae, sa-
crificia, holocausta, oblationes, sabbata, festa, celebrita-
tes, et innumerabiles obseruantiae, nō aliud quam Chri-
stum, et quæ Christum ipsum circumstant, personabant.
Item bella, prælia, pugna, quæ describuntur in antiquis
Numeri, scripturis, nihil aliud sunt quam pugna Christi sive il-
Iosue, Iu- lius singularis personæ, sive C H R I S T I mystici, id est,
dicū, Re- Ecclesiæ, quam habuit, habet, et adhuc habebit cum re-
gum, ge superbie, et Antichristo, et suis complicibus usq;
ad consummationem seculi.*

DEVTERONOMIVM, quod secunda lex inter-
pretatur, mirificè nobis Euangelium representat, quod
est secunda et eterna lex, ubi fidei uirtus commenda-
tur, et expressissimè propheta Christus promittitur,
legis huius nouissimæ lator. Vnde quam congruè Iosue,
seu Iesus Nauæ, subsequitur, qui(iam sepulto Mose, et
corpore eius occultato) Iudeis datur ut introducat po-
pulum

pulum Dei in terram promissionis, atq; ut euertat Hie-
rico, et alias inuidat hostium plagas, et distribuat ter-
ram et spolia in funiculo distributionis. Quem uero
alium in hoc uiro subintelliges designatum, quam ue-
rum I E S V M saluatorem, quem(ut uerè docet Hiero-
nimus) tam rebus quam ipso nomine indicauit.

LIBER Iudicum quot habet principes et quot
prælia, tot continet de Christo eiusq; corpore et ec-
clesia sacramenta, Ruth Moabitis, ecclesiam nouam si-
gnat: Booz copulatam(id est) Christo, quem sibi fidei
fortitudine ipsa quæsiuit. Ipsa uaticinium Isaiae illudim=
plet. Emitte Domine agnum dominatorem terræ, de pe Iaie. 10.
tra deserti ad montem filia Sion.

REGNORVM libri eadem de Christo sacra-
menta mystico sensu confirmant, ubi et reprobatione fa-
cerdotij antiqui, et regni, ac noui electionem, illud in
Eli, et Saule, hoc in Sadoc et David pulchre potes agno-
scere, præter alia que paſsim in eiusdem rei et aliarum
figuram, mirabiliter contingebant.

P AR AL IPO M ENI autem uolumini, quod
est quasi ēternoq; ueteris testamenti tantam laudem
Hieronymus tribuit, ut dixerit. Si quis absq; illo scientiā
scripturarum sibi uoluerit arrogare, seipsum irrideat.

E S D R A S ac Neemias, qui templum et
muros Ierusalem instaurauit post captiuitatis Baby-
lonicae relaxationem, ut reuertentes in patriam, sedem
quisq; suam recipiat, et maiores principes capiat ipsa
Ierusalem.

I T E M descriptio sacerdotum leuitarum, Is-
raelis, ac proselytorum, et operum diuisa mysteria,
absq;

absq; dubio mysticas significationes cōcipiunt: et haud scio an adhuc impleta sint, an (quod magis existim) quidpiam noui ac boni futurum nobis pranuntient.

L I B E R Tobias, & si uitam hominis in iustitia, et pietate, & tolerantia, magnis exemplis atq; sententijs erudit, non caret tamen suis mysterijs, quæ sub corrice seruat.

H E S T E R autē & Iudith et si typū Ecclesiae habere recte censeant tractatores, mirum tamen si non beatissimam uirginem Mariam nobis principaliter mōstrēt, ac nonnulla ipsius priuilegia, et praerogatiwas: ut cernas in eis libris indicari impletum illius sententiae domini in serpentem. Ponam inimicitias inter te & mulierē, & semen tuum ac semen illius.

I O B statum & meritum hominis ex peccato, & prouidentiam Dei & dilectionem circa illum admiranda doctrina ostendit, et consolatur se in spe futuræ resurrectionis, quam ex manifestissimè prophetat, se que scire profitetur uisurum in carne sua Deum saluatorem suum. Deniq; & patientia fructum demonstrat: plenus tamen (ut mihi uidetur) recōditis, et abstrusis sensibus: quos video me uenerari debere magis, quam posse perscrutari. Hæc tamen omnia C H R I S T V M, mihi præculdubio innuunt uel occultum.

P S A L T E S autem egregius, quid mysterij non personauit: non est penè uersus qui suum non habeat sacramētum: ibi erudimur de fide, ibi in spem excitamur, & nisi simus insensati lapides, miris per eos ardoribus charitatis incēdimur. His horas statas sacrasq; reddimus Deo, sapienter illi (ut postulat) psallentes: quoniam illis

illis uerbis adeſt ſpiritus pro nobis poſtulans gemibus inenarrabilibus: ibi Christū, ibi uirginem ſpōfam, ibi eccliam reliquam paſsim liceat contemplari. Deniq; nī bil quod factum, quodq; futurum eſt ad eccliam & C H R I S T V M pertinens, puto ibi non eſſe.

P R O V E R B I A et si mores aſtruant, non minus indicant mysticę ſapientiam ipsum C H R I S T V M, qui illos docet uniuersaliter omnes.

E C C L E S I A S T E S uanitatem mundi, atq; omnium humanarum affectionum, & uiarum contritionem & affectionem ostendit. Vnde omnia resoluti in timorem Dei, & custodiam mandatorum eius: quia iudicatus eſt Deus nnumquenq; iuxta opera ſua. Hic liber facile potest facere phantasm ad impietates, niſi hoc prium accipiat, quod ibi tanquam diſputatiuē nonnulla proponuntur, uelut ex aliorum perſona pronuntiata, cōtra quæ tandem concluditur uelut à fideli ecclesiaste.

C A N T I C V M Canticorum eſt ſpiritualium nuptiarum ſponsi & ſponsæ, id eſt, C H R I S T I & eccliae epithalamium. Sed primo C H R I S T I & uirginis quam unicam, pulchram totam atq; immaculatam ſibi ſeruauit. Hic laudes inuicem exprimuntur, & amores, & deſideria ſponsi & ſponsæ, quam ſponsam niſi à nobis diſtinxeris per prærogatiwas suas magnas ibidem mirifica ſpiritus arte reconditas, nihil ferè de illo libro intelliges.

L I B E R Sapientie ipſam Sapientiam, nimiriū Chriftum, proponit & effert: & ostedit uanos omnes, et in exitum infelicem tendentes qui non audiunt illam. Inſidiantes autem illi Iudeos prophetat, quos insipientiſimos in

mos in suis consiliis contra Christum fuisse ostendit, et ex parte diaboli: lignum crucis, turpisimamq; Domini in eo morte declarat quasi aperte, tamen sapientiae effectus magnificos claris demonstrat exemplis ab origine ipsa mudi, et ligni illius uirtutem sat manifeste. Deniq; toto libro illo est uidere a contrarijs effectibus atq; exitibus mortalium, quid praefiterit dilexisse sapientiam.

ECCLESIASTICVS autem liber similiter docet sapientiam, et hortatur ad illam, et ostendit uiam qua queritur, et inuenitur, et conseruatur, nimirum timorem Dei, et fidem, dilectionem, et custodiam mandatorum Dei in spe.

SEQUITVR quatuor, quos maiores prophetas vocant, Isaias, Hieremias, Ezechiel, Daniel: in quorum quolibet qui non cernit paucim uaticinio profita mysteria Christi, et virginis, et regnum diaboli per illos destruendum, et futurum iudicium, cæcum esse oportet. Isaias autem maxime non tam propheta futurorum, quam iam gestorum quasi Euangelista uidetur, adeò aperte multa de Christo prænuntiat, quamquam et sub uelamine plurima.

HOS duodecim sequuntur minores, qui ad eundem scopum intendunt Christum, scilicet Ecclesiam, licet quilibet aliquid particolare ac proprium habeat, de quibus longum esset differere.

DENIQUE Machabœorum prælia etiam ad doctrinam nostram scripta sunt, ut sciamus oportere uiros fortis tentatione probari. Ibi enim licet confessores et martyres uieros inspicere, qui constantiae ac fortitudinis posteris exemplar fuerunt. Arbitror autem et ibi typos multos

multos esse futurorum: manifestius tamen cōprobatur pietas, ac religio in beneficium mortuorum, quibus uiuen tiū eleemosyne, et orationes, atq; suffragia prosunt, ut semper ecclesia fidelium tenuit, quāquā nouis magistris ueterum errorū suscitatoribus aliud placeat. Et sic iam uides omnem totius ueteris scripturæ materiam ac finē Christum esse, uiam, ueritatem, et uitam nostram, ut ipse Ioan. 14. de se testatus est. Verum quia de Christo in scripturis secundum literam non ubiq; eodem modo et aperte habetur, sed interdum obscurè et sub rerum ac gestorum sacro uelamine, ut magis probemus quod diximus, oportet nunc uaria sensuum genera, que scripturæ recipiunt, paulo diligentius perscrutari, idq; per aliam totius scripturæ divisionem.

¶ De varijs scripturarum sensibus, & peculiaribus significandi modis, in singulis diuinorum cloquiiorum partibus: ac primum de re gulis ad intellectum historiarum.



M N I S igitur scriptura aut per historiā narrat, aut per legem præcipit, aut confiteatur et laudat per Psalmum et Canticum, aut deniq; per prophetiam uaticinatur, et docet. Quia enim in his uarijs loquendi modis, et uarijs ipsa suos sensus abscondit, quid quisq; modus proprium habeat, discussis singulis, facile apparet. Tu que cōmuni sint in omni scriptura, pro nostra tenuitate pandemus. Quod historicè enarratur, duplacet habet sensum. Et primus quidē quem literalē dicūt, nos historicū dicemus, nimirū quem primū porrigit ipsa litera iuxta proprias

proprias uocum significationes. Alius est quem allegori
ad Ga.⁴ cum licet dicere. Nam sic apostolus appellauit, de quo
nos aliqua post tractabimus: cum de literali et historico,
qua^e occurrunt, praeferimus. Circa sensum igitur
historicum illud praecipue obseruandum est, ut quod enarratum
est secundum primas et proprias uocum significations,
Gene. 1^a iuxta communem omnium acceptationem intellegatur, nec recurratur ad reconditas metaphoras, et
importunas, ut quidam fecerunt, atq; ideo errarunt. Verbi gratia, dictum est: Factum est uestigere et mane dies unus. Si autem hic non uerum diem, sicut est communis de die conceptio, sed altius interpretantes uestigiam et matutinam angelorum cognitionem diei appellatione uelimus intelligere, non ne queso extraneum sensum in historia introduxerimus? Posset tamen iam historia simpliciter explanata, et primo literae sensu accepto, quod de uero die qui ex mane et uestigere perficitur, locutus sit Moses, posset inquam superaedificari spiritualis aliis quilibet, aut allegoricus sensus, de uestigina et matutina cognitione, aut si quis aliis aptari posset, ueritaatem et commodem. Adhuc narrat similiter Moses quod Deus impunis soporem in Adam, et ex eo costam tulit cum dormiret, unde edificata est mulier. Hac sic accipienda sunt ut uerba sonant, nec est aliis sensus hic accipiens pro cuiuslibet arbitratu cerebelli, sicut quidam fecerunt, qui nescientes soluere argumentulum, accep-
ad Ep.⁵ runt hanc quasi metaphoricè dicta, et non iuxta ueram literae significationem: non solum nobis per hoc auferentes mysterium magnum, quod declarauit Apostolus de CHRISTO et Ecclesia, uerum etiam contra apostoli

li ma-

li manifesta uerba dogmatizantes, et contra seipso alibi. Eodem modo non placet quod quidam, Euangelista Luc.⁸, dictum illud de Magdalena, quod ex ea exierant septem daemonia, sic exponunt ut per septem daemonia, uniuersitatem peccatorum intelligi uelint. Et similiter per septem angelos, qui assistunt ante dominum, ipsam uniuersitatem beatorum spirituum: unde et Origenes non immerito a catholicis in nonnullis reprehensus est, quod literam historicam floccificat (quia absurdum esse cogitat, que non erant absurdum) sensus mysticos excogitauit, ut qui temerè non posito fundamento edificat. Hoc errore seductus Lutherus, ac alios ipse seducens, historiam euangelicam de illa egregia Petri confessione, decipit eius beatitudine illi a Domino ob eam gratiam repromissa, et clavium potestate, ita peruerit atque euertit, ut quod de Petro ibi quam manifestissime enarrat Euangelista nihil minus quam ad Petrum pertinere uelit. Et ob huiusmodi doctrinas, euangelicos se scripturarum sectatores uocant, scilicet quia earum fundamenta peruerunt. Neque uero moueri quid debet, quod ipsa histrio litera continere quedam uana uidetur, ac nullius doctrina nonnunquam, ac ridicula, et puerilia plura, etiam sic admirabilia ut fabulosa et anilibus fabulis annumeranda uideantur, et sapientibus huius seculi non solum incredibilia, sed ridenda: quod consultissimò fecit Deus ad edemandandam superbiam nostram, ut ex hoc fructum sapientiae consequeremur. Ego enim non solum ex aliorum doctrina, sed etiam meo intellectu pronuncio et contestor, quod in huiusmodi locis, ubi talia leguntur, uel humilia, uel similia fabulis, aut quibusvis rationibus incepta,

h et

& incredibilia, ibi firmissime credendum est latere mysteria, ut patefactum est de Iacob & Esau, in utero matris existentibus, ac secum mutuo concertantibus. Simile de Zaram & Phares cum in lucem prodeunt, alter ligato coccino in manu ab obstetricie, alter diuisa maceria praefurore. Item contentiuncula illae Rachelis cum Lia de mandragoris, & emulationes conceptuum, nisi quid preter nudum litera sensum nobis afferant, quid nisi nuge? Idem de pugna Abram cum illis regibus, & occursu Melchisedech, & oblatione panis & uini, & decimorum acceptance, & alijs talibus, si non figuraliter intelleguntur, quid queſo momenti habent? aut quis capiat

Judicium à ca. 13, usque ad c. 17. *quicquam dignum doctrinas? Addit gesta Sampsonis, & problema, & uulpes, & asini maxillam, & cum Dalida uxore disceptationes de fortitudine sua: quid his manus dixeris ac nugacius, nisi maxima intropexeris atq[ue] inde erueris, quæ latent, sacramenta? Talia sunt quæ de uxore fornicaria precipiuntur Osee, & olla, ac lumbare item, & multa huiusmodi quæ sunt penè sine numero: nec tamen propterea minus est attendendus litera intellectus, non tamen propter se, sed propter ea quæ ibi tantum in tabula Spiritus sanctus effigiauit: utendus est enim quasi figura. Quo in loco & quædam notanda sunt quod non uerificantur ad literam, & oportet uerificantur in spiritu, aut secundum allegorianam. Nam Abraham, cui promissa est terra, nihil possedit de illa, si terram Canaan terrenam intellexeris, & sic falsa esset scriptura.*

Gene. 12. Quod coguntur Hebrei confiteri, quia non accipiunt spiritum. Similiter de Iacob dicitur quod nequaquam appellandus esset nomine illo, sed Israel: & tamen paſim vocatus

vocatus est iuxta literam Iacob, ut patet in scriptura: ergo ad Allegoriam afficiendum est, & sensum spiritus.

A D H A E C etiam aduertendum est, quod cum se penumero cogantur scripturarum autores loqui de Deo ac diuinis, nō eo modo quo sunt in Deo, sed quo modo à nobis capi possunt, sic enunciantur, quia aliter exprimi non possunt ut intelligamus. Curat nihilominus Deus ipse alibi in scripturis prouidere, ne huiusmodi sic in Deo esse, ut in nobis sunt, intelligamus. uerbi gratia. Narratur in scripturis Deum irasci, agi furore, pœnitentia duci, tangi dolore cordis intrinsecus, postulare pro nobis gemitibus inenarrabilibus, quod de Spiritu sancto legitur. Item quod descendit ut uideat, interrogat ut sciat, & alia pleraq[ue] huiusmodi. Quoniam uero ex alia parte legimus. Ego Deus & non mutor. Et apostolus Iacobus, Apud quem non est transmutatio, nec uicissitudinis obumbratio, docemur superiora dicta non eo modo intelligi esse in Deo, sicut in nobis esse probamus. Nō enim afficitur Deus, aut immutatur ut nos, passionibus ullis. Quare de ijs quæ de illo dicuntur, semper detrahenda est significatio quæ defectum aliquem connotaret, & retinendum quod sine defectu est in illo, ut sic iram Dei intelligamus, non succensionē aliquam, nō passionem, sed solum tranquillissimā eius & aeternam uoluntatē vindicādi sceleris suis temporibus, ut ratio ipsa, diuināq[ue] lex poscit retributionem. Sic poenitentiam Dei intelligas remota omni imperfectione ac defectu, qui sollet in poenitente notari, uelut imprudentia, & ignoratio, aut erroris, & peccati, & id retineatur de significacione quod potest cadere in sapientissimum, idq[ue] est propter h[ab]et ij quodam

*Num. 11.
Gene. 6.
Roma. 8.*

*Gene. 18.
Mala. 3.
Iacobi 1.*

quodam tempore, aliter quād prius disponere. Et similiiter est dicendum de easteris: Quamquam et circa hoc subtilius quiddam excogitari posse existimo, quod in nō nunc sapienti.

A D H A E C nec illud omittendum, quod non nunquam enarrans historiam, utitur figuris et tropis, communibus tamen, et uulgō receptis, ut hyperbole et huiusmodi alijs. Sic enim scriptum est ab Euangelista de actis domini, et gestis. Quae si scribantur per singula nec ipsum arbitror mundū capere posse eos, qui scribendi sunt, libros. Hic est hyperbole, ut multi uolunt. Si cut et cum dicitur, totus mundus abit post eum. Dicitur similiter quod Herodes turbatus est, et omnis Ierosolyma cum illo. Ergo per omnem Ierosolymam, intelligimus non prorsus omnes homines, sed maiores et proceres ciuitatis. Et est modus quidam communis loquendi, a quo non abhorruerūt scripturarum autores, quia cum hominibus loquebantur. Verum perraro eiusmodi reperias uelut a narratore historiae dicta. Sed quia in historia introducuntur alijs loquētes, id est et aliae figurae reperiūtur in scripturis, ut Ironia, Sinecdoche, et aliae, quarum consideratio ad Grammaticum spectat. Quare oportet lectorem esse circumspectum in his. Nam quidam certè perperam a quibusdam accepta sunt, quia non sunt accepta ut per figurā dicta. Verbigratia illud. Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum. Hac uerba, quia non sunt accepta tanquam per Ironiam dicta a quibusdam, uehementer erratum est. Sunt et alia similiter, quae salua sit omnis pax et ueritas cum omnibus, puto communiter non fuisse intellecta.

lecta, ut cū dixit Dñs, cæterū (seu) Quod supereft, (ut Latinus uerit interpres) Date eleemosynā, et ecce omnia munda sunt uobis. quod dictū nō dubito ironice pro latū fuisse. Similiter et illud alterius difficillima parabolæ quod dixit. Et ego uobis dico. Facite uobis amicos ibi, c. 148 de mammona iniquitatis, et c.

¶ De literali siue carnali, & spirituali sensu.

A D H A E C et illud non omittendū quovis modo, quod alia est diuisio in scripturis. Nā quēdā uocare possumus literalē siue carnalē, siue externū, et manifestū: quēdā uero spiritualē, siue internū et arcanū, siue mysticū, utrumq; tamē ex ipsa litera ueniēt secundū quod uarie uerba intelligūtur à carne et spiritu. Quos sensus ex toto ferē ueteri testamēto perfaciē licet agnoscere: et in psalmis, et prophetis, paſsim reperias. Volo autē ut hac illustrētur exēplis, et agnoscamus hanc diuisionē differre ab illa quā superius fecimus. Memeto in historia Exodi Exo. 16: Deū pluiffe māna filijs Israēl in deserto ad manducādū. Hic sensus primū ex illa litera capitū, et est literalis, historicus, enarrā illud factū à Dño. Sed hic quod tūc factū fuit, et ex litera illa hoc enarrāte accipimus, significauit aliud quod erat futurū in Ecclesia sancta Dei, uidelicet, cœleste māna, quod nobis procurauit Deus per Christum, in hoc deserto mūdi, uidelicet, sacramētu corporis sui. Hic sensus qui ex gestis ipsis, per literā significatis, eruitur, propheticus dicitur, et allegoricus: ut iā declaratū est. Sed nūc attēde ut alios hos duos sensus Dauid in spiritu ostēdit, dicēs. Et pluit illis manna ad manducādū. Panē cœli dedit eis, Panē angelorum manducabit

Psal. 77: b iii homo

homo. His uerbis reuera, cum loqueretur in spiritu, non tam illum sensum uoluit nobis commendare quem dicimus historicum, quam illum, quem declarauimus, allegoricum, de historia sumptum et gestis. Verum apud David non est allegoricus iste, quia non ex gestis sumitur significatis sicut in historia, sed ex uerbis ipsis David secundum spiritum loquentis, et prophetantis reuera magis quam narrantis. Et ideo dicitur spiritualis et arcaneus, siue mysticus, ad differentiam illius primi sensus carnalis, qui elicitur ex ipsa litera iuxta carnis intelligentiam, que Iudei est: Nam spiritualis est, non allegoricus. Non enim ex gestis his, sed ex uerbis nihilominus elicitur, uerum iuxta intelligentiam spiritus. Spiritus enim aliter accipit uerba quam caro, ut in proposito, Ecce dixit David, manna quod pluit Deus. Hoc uerbum, manna, iuxta carnem acceptum, et ut in manifesto, id est, cortice litera ipsa porrigit, significat illud Iudaicū manna, quod illi populo pluit dominus in deserto iuxta uerum historię intellectum. At secundum spiritus intentionem et conceptionem, qua longe potior est, sicut longe præstat spiritus carni, illud manna, est corpus Christi, quod pater nobis fecit et dedit panem de cœlo uerum, ut ait dominus. Et hoc est manna nostrum. Quod autem ad hunc sensum spiritualem et mysticum ipse propheta, illo priore quadam modo despecto, respexerit, ex eo uel maximè patet, quod illa uerba longe magis ac uerius in hoc sensu spirituali et mystico implentur, quam in illo carnali et superficiali, ex eo quod tantum cum admiratione manna illius declaratur, panem cœli (seu) de cœlo, siue triticum cœlestē, fuisse panem angelorum

Ioan. 6,

gelorum. Certè illud manna non erat uerè panis de cœlo, qui in aëre medio creabatur, nec panis angelorum, quem cibus est Christus et non manna illud, sicut dixit Tho. 12, Raphael. Ego cibo et potu inuisibili uestor. Quin et ipsa uox man, seu, manhu ut dicebant illi, rem eximiam et admirabilem, et donum insigne significabat. At qui potest uerificari in manna illo, de quo qui edebat, morebantur tamen, et nihil magis præstabat quam panis communis? Alioqui fecisset Dominus iniuriā illis non etiā præbēdo illud eis in terra promissionis, si quid commendabilius quam panis communis habuisset. Et manifeste non potest dici panis angelorum. Nec me latet, quod in hebreis legitur, panē fortū, aut (ut quidā trāstulit) panē magnificōrum. Sed qui sunt hi fortes, et magnifici, nisi angeli Dei, ad quorū fortē sumus nos eucti per Christū, hoc ipso pane medio? Et ideo septuaginta dixerūt egregie, ut habet etiā nostra editio, panem angelorum. Est enim ibi uox, Abirim, que significat robustos, fortis, angelos, reges, Deos, ut uolunt ipsi Rabbini. Et quod sequitur, cibaria misit eis in abūdantia, aliqui sic, nec male, trāferūt, cibum electum, aut, cibū uiaticū misit illis ad saturitatem. Et uerè cibus electus, quem Dominus quotidianū, aut peculiarē et eximiū (ut docet Hieronymus) uocat. Et uerè uiaticum nostrum, et ad saturitatem datum, et plurimis usq; ad nauseam et fastidium: quod nunc impleri uidemus. Nam quidem ex eo saturantur ad fortitudinem et uitam: multi uero satietatem capiunt ad imbecillitatem, ac mortem, in perfidia, et abiectione salutis. Hoc uisit David in spiritu, et ad hoc respexit primum, et principaliter. Sed hunc sensum condit

h 119 dit

dit sub inuolucro historie illius antiquae, ut qui sunt in manifesto Iudæi, id est, secundum carnem Iudæi, tantum iudaico sensu fruantur, et suo manna de suo cœlo. Qui uero ex spiritu Iudæi, et in abscondito spirituali sensu imbuantur, delectetur, et exultent in spiritu, quia ipso rum est uerum manna uerè celeste, et angelorum acre gum, hoc est illud manna absconditum, quod uincienti promittitur ab eo qui uicit. Hic est pinguis ille panis de Gen. 48 Aser, de quo ait Iacob, Quod præbebit delicias regibus, ijs nimirum regibus, qui agnoscunt in se quod scriptum Apo. 5. est. Fecisti nos Deo nostro reges, et sacerdotes, et regnabimus super terram. Ecce agnoscis hic sensum literalem, et spirituali abiectum illum, et hunc electum. Capi et aliud exemplum. Ibidem David in spiritu ait: Percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundauerunt. Si ad nudam historiam respicis quam enarrat historicus Moses, habes literalem sensum erutum ex literis iuxta carnis intellectum, que non nouit aliam petram, quam illam carnalem. Et sic audis David commemorantem, quod Deus fecit illi populo Iudaico. Sin autem à spiritu informatus agnoscis quod David, ut docet Dominus, loquebatur in spiritu, et ideo per petram intelligis C H R I S T V M, ut docet Paulus.

I.ad. Co-
rinth. 10.

Petra autem erat Christus, quia ipse est uera spiritualis petra, spiritualis scilicet ædificij Dei fundamentum, et totius tēpli, quod est Ecclesia, iā habes spiritualē sensum, et summo cū gaudio capis quo modo Moses percussit petrā Christum, et quomodo de latere fluxerunt aquæ, et quomodo sitiētes, et de eis bibētes, senserūt in seipsis et uentre suo torrētes exūdere, et fluere flumina

aque

aque uiue, quod apostoli nostri principes experti sunt. Sic inundauerunt torrentes, sic uero percussit petram Moses, quoniam dando legem, quam nullus seruauit ex se, sed nec seruare poterat, et sic tenebantur maledicto legis ex ore proprio, ut morerentur in deserto in siccitate, substituit C H R I S T V M Moses, quasi debitorum, ut solueret à maledicto populum, et uidit quod hæc res indigebat uirga, et flagello, ut alibi idem in spiritu, personam C H R I S T I gerens, dixit: Congregata sunt super me flagella, et ignorauit. Hoc autem dicitur fecisse Moses, quia causam dedit huic facto, congregas iram per legem, ut erumperet dominus in misericordia et abundantiam gratiæ suæ. O admirabilia scriptura sanctæ. O iudaicam crastitudinem. Sed sunt ex nostris (proh dolor) qui et hoc uelanime adhuc tenentur. Sed quid iam ad nos de manna illo, et de aquis illis ex ea pe tra fluentibus olim, cum manna habeamus nostrum aſſiduum, et aquas uiuas de Christi latere semper fluentes, modo fitiamus et adeamus ad illum? Tu igitur bone lector, si sapi, interiora penetrabis oculo spiritus. Nam passim in omnibus prophetis oportet ad hunc sensum spiritus respicere, uti tamen illo carnali ad adiumentū, quia tales sumus dum hic sumus in carne, ut per hæc quodam modo manuducamur, et eueniamur ad ea quæ sunt spiritus, qui nobis hoc adiamenti subministravit.

ILLVD etiam diligenter aduertendum et obseruandum, quod aliquando accidit, ut quia quedam in litera habent mixtum sensum carnalem et spirituali, ea de uerba non pure spiritualiter capienda sunt, nec pure carnaliter, uerbi gratia: dixit Moyses. Serpēs erat callidior cur

dior cunctis animantibus terre. Si hoc de serpente animali solum intelligatur, quid habet doctrina presertim ad Theogum pertinet? Si uero de serpente diabolo intelligamus specialiter accipiendo serpentem, restus erit intellectus, non tamen plenus: quia et ibi serpens animal significatus est. Ergo qui de serpente diabolo intelligat non tamen simpliciter, sed ut in serpentem illud animal intravit, cui se similem iampridem fecerat uenenofo liuore suo, hic plenum sensum reddiderit. Sic ergo faciat in tota illa historia ut de diabolo intelligat dictum, quicquid dicitur de serpente non tam ita de diabolo simpliciter, sed ut in quodam serpente animali latebat, cuius conditiones sibi pulchre conueniebant, ut sic non tam lateret in eo, quam sese proderet qualis esset. Quod quia non aduerterunt quidam, in hoc sicut in alijs non nullis, innisi prudētia propria uebementer aberrarunt.

Iean. + 6. Similiter et intelligendum est quod dixit dominus, Qui māducat meā carnē, et bibit meū sanguinē, &c. Si enim de mādicatione carnali, qua dētibus carnes recidimus et mandimus intellectum, Iudeis aſsimilabimur qui hoc modo horribiliter, et ineptissime intelligebāt. Si uero de mandatione spirituali intellectum, que fit fide, et charitate, sensum uerū obtinemus. Verum nō adhuc plenum, niſi talem mandationem spiritualem intelligamus, que includitur in quadam sensibili mandatione, uidelicet, sacramenti, de qua ibi loquebatur Dominus, ut sanctissimi Doctores, et tractatores doctissimi interpretati sunt: quamquam noui hæretici aliter summa in pietate, atq; amentia conentur persuadere. Sic et dixit Dominus: **Quis me tetigit?** et cum multi tetigissent illum retro

lum retro, et comprehiſſent, non se ab eis tactum significalit, quia tactui qui erat secundum carnem non adiungebatur spiritus. Sola igitur illa mulier tetigit illum, quae non solum carnaliter tetigit, uerū etiam spiritu fidei, et charitatis. Igitur quod afferit se tangi, C H R I S T V S, significat secundum spiritum tangi, non tamen sine carnali tactu: nam ambo tactus ibi concurrerunt. Sed hæc ualde raro conficias in ipso narratore historiæ, quum ipse loquitur, ut hos sensus coniungat. At cum alios introducit loquentes, nihil prohibet secundum hunc modum dicendi, multa esse intelligenda. Hic autem dicendi modus proprius est scripturarum sanctarum, et eorum qui spirituales sunt.

A D H A E C, illud etiam animaduertendum in historia, quod quedam per anticipationem quodam in loco enarrantur, quedam uero per recapitulationem: quod si non consideratur, facile inducit hominem in errores. Verbi gratia. In primo cap. Genesis legitur prima die factam esse lucem. Hanc lucem beatus Dionysius ait fuſſe solem, cui interpretationi consentit diuus Thomas, et alij docti uiri: quod etiam video rationibus confirmari posse(ni fallor) fortissimis. Huic uero intellectui obstat, quod postmodum legitur, Et fecit Deus duo lumina magna, unum ut praefaset diei, et alterum ut praefaset nocti. Et subinds ait, Et factum est uespere et mane, dies quartus. Vnde uidetur (niſi per recapitulationem accipiſſas) quod die quarto factus sit Sol. Per recapitulationem ergo dictum hoc esse credimus: quia et autoritate Dionysij, et multo magis ratione conuincimur, die primo creatum esse Solem.

Hunc

124 CLAVES SCRIPTVRARVM

Hunc morem scripture qui non animaduertirint certe
 Ioan. II, in multis decipientur. Ecce apud Ioannem ubi legimus.
 Maria autem erat quae unxit Dominum unguento, &c. Ex eo quod non consideratum fuit illud potuisse dici per
 anticipationem, sicut ego existimo, crediderunt quidam
 hinc irrefragabiliter probari, quod illa unctione non sit
 eadem illi, quae narratur sequenti capite. Sed quod ea-
 dem mulier bis unx erit Christum: quod quanto magis
 cogitauit, tanto minus credidi. Quod uero argumentum
 istorum inane sit, praesenti declaratur in statia. Cum enim
 apud Matth. & Marc. enumerantur qui creati tunc erat
 apostoli, postremo loco ceteris adiungitur Iudas, de quo
 ibidem dicitur. Qui et tradidit eum: de quo tamen cer-
 tum est, quod postmodum tradidit, non ante. Sic et ibi cum
 legitur: Maria autem erat quae unxit, &c. quid prohibi-
 bat sic interpretari, id est, que postmodum unxit? Hec ue-
 ro tanto censuerim libentius, quanto ipse etiam Augu-
 stinus qui contrarium docuit, non sine formidine ac du-
 bitatione aliter pronunciauit, ostendens manifeste se am-
 bigere, an eadem fuerit illa meretrix, & illa Marthae
 soror ac Lazari: quem et sapienter imitatus est diuus
 Gene. I, Bernardus. Contra uero per anticipationem dicitur de
 creatione hominis, masculum et foemina creauit eos, cum foemina creata fuerit die septima, ut doctiores pu-
 tant, et diuus Thomas tradit. Quod etiam, quia non
 fuit a nouis magistris consideratum erratum est uehemeter.

A D H A E C et illud est manifestum, in historia
 paucim non esse seruatum ordinem rerum gestarum se-
 cundum tempus, ut que prius gesta essent, prius quoque
 describerentur. Hoc ita est evidens in euangelio, ut nata-
 hil posse

CATHA. POLITI. 125

bil posse evidentius dici: quia Euangeliæ, quod ibat spi-
 ritus et ducebat, sequebantur. Ut in animalium quatuor
 habeatur figura. Hoc uero est, quia ferè nihil doctrinæ
 est in hoc ordine qui est secundum tempus. Sed illud mi-
 rabile, et annotandum, quod suum quendam ordinem
 quisque Euangelistarum seruavit, et ob certas causas ex-
 rationes, aliud gestum alij annexeret, quas præfigire
 propheticum esset, et a spiritu illuminatione: sed Do-
 minus id perscrutantibus dignatur suggerere. Restant
 etiâ dia nonnulla, quæ obseruare oportet circa literâ
 ad historie intellectum accipiendum. Verum quia hec
 non sunt propria pro sensu literalis historiae, sed commu-
 nia, idcirco inter communis quasdam regulas, quæ ad
 hunc sensum capiendum tradentur, ea que restant ibi
 ponemus. Nunc uenio ad historia fructus.

¶ De fructibus qui à sensibus histo-
 riæ proueniunt.

DV PLE X cum sit omnis scripture fru-
 ctus, alter fidei, alter bonorum operum,
 utrumque uidere et capere ab historia licet,
 etiam iuxta sensum literalem. Ecce per his-
 toriam docemur mundi creationem, trinitatem, incar-
 nationem uerbi, crucem Domini, resurrectionem, &c.
 quæ iam olim nota sunt, et in articulos fidei explici-
 tè digesta catholicos, qui, uelint nolint Iudei cœci, ac
 miseri, etiam in ueteri scriptura manifeste traduntur, et
 quidem secundum literam. Sed non omnium est, etiam ui-
 dere hoc quod manifestum est. Quid enim prohibet (ut
 Hieronymus

Hieronymus ait) ex fidelibus patere infidelitatis obscuria, ex ab infidelibus fidelitatis plana non cerni, cum intelligentia scripturarum in fide sit posita, non in uestibuli sapientia. Hic est ergo fructus historiae primus, uidelicet, edificatio fidei. Est et secundus, uidelicet, uitae ac morum edificatio, que ex eodem sensu isto historico efficitur, itaque duobus modis. Et primo quidem per exempla que inde capi possunt ad uitam, ut uitemus mala ex secentem bona: quia in eis licet exitum uiarum saepenumero contemplari, siue bonarum siue malorum. Videlicet enim in primis Adae statum, unde euersus est per delictum, in quo stantes coram Deo, cecidimus omnes. Hic licet immensam doctrinam capere et seueritatis, et misericordiae Dei. Seueritatis quidem, quia per illud in tot miseras lapsi sumus: misericordiae uero, quia uidemus ipsum Deum in summum uenisse charitatis, et benignitatis erga nos, qui filio suo non pepercit. Huius rei sola meditatio, et timorem patris, et amorem summum (Deo ipso fauente) potest excutere. At h.e.c ostendit historia patientiam Dei multam in sufferendo prisca mundicolas, qui carnis libidinibus seruientes ueluti pecora immundula, nihil turpe, quod liberet, existimabant. Tum eiusdem dei irreuocabilem iram, ac memorabilem uindictam, qui cataclysmo (exceptis per arcam animabibus octo) perdidit omnem uiuentem. Sic docet et sodomitarum, et confinium populorum excidium in posterorum exemplum, ne qui sibi putent impunitum fore tantum flagitium, quod igne et sulphure uindicatum fuisset legerint: ut nullus euaserit, nisi Loth iustus cum uxore, et filiabus suis. Sed nec uxori pepercit,

que

Gen. 6.
7.8.
ibid. c. 19.

que retro uersa, saltem animo concipiuit prauorum ac iam dimissorum contubernium. Plena autem est scriptura his exemplis uiarum Dei, quantum sit ille, et in uindicando tandem acerrimus, et in miserando clementissimus. Licet preterea contemplari in historia et exempla uite, et castorum morum, et heroicarum uirtutum frequentissima, in uiris Dei. Ecce primum Abel, de Ge. 4. 5.
uotionis exemplum in sacrificando reliquit. Enoch in 6. & 20.
sua et munditia. Noe longanimitatis et sustinentiae. usque ad finem,
Abraham obedientie et fidei. Isaac castimoniae. Jacob Exo. 32.
laborum tolerantiae. Ioseph, et Moyses, et David, manu Numeri.
suetudinis in inimicos. Job patientiae in ferendis aduersitatis. Elias et Phinees: zeli et iustitiae, et honoris Dei. Exo. 32.
Daniel et tres pueri: abstinentiae. Tobias misericordiae Numeri.
ac pietatis. Stephanus et Macchabaei, martyrij constantiam, et 12. 25.
pulcherrimam fortitudinem docent. Paulus per Daniel. 1.
fectam a seculo ad Deum conuersionem. Esther et Iudith, Actu. 7.
confidentiam de prouidentia, ac benignitate Dei. 2. Ma. 7.
Possem de pratis scripturarum etiam alios, et permul-
tos huiuscmodi flores ad odorem colligere. Sed in uno
Domino Iesu licet omnia colligere, quia in eo eminentissime eluxerunt omnia, que per se datur in alijs con-
templari. Licet enim in quolibet omnes uirtutes colle-
ctae simul inspici possent, quoniam neque possunt inuicem
separari, attamen in singulis quedam magis quam alia
eminebant, et conspiciebantur. Quod uero de bonorum exemplis est dictum, idem de prauis intelligentia: sicut enim docte colligit Paulus, scripta sunt ut sint nostri typi, id est, exempla, ne simus concupiscentes malorum, sicut et illi concupierunt. 1. ad Co.
rinth. 10.
Est uero

Est uero et alius modus colligendi fructum iustitiae, ac morum ab ipsa historia, si nobis (quod uerissimum est) fortissime persuaserimus, plurima quae ibi, quasi ad certas personas diriguntur, non minus ad nos pertinere, et nobis esse dicta: et hic sensus dici potest sensus extensio-

Jurisconsulti di-
cūt legē
semper
viuere.

Gene. 15.
Rom. 4.

Matt. 19.

nus, quoniam minus est Dei sermo. Si enim hoc habet lex hominum, sicut ipsi aiunt, ut uiuat nec finiatur, eo è luce substracto de quo lata est: sed extendatur ad alios: quia tò hoc magis lex Dei itaq; quod quibusdam, aut de qui busdam certis, dictum uidetur, non est quoquis modo pugnandum finiri in illis, sed extendi ad alios, similes tamen.

uerbi gratia, scriptū est. Credidit Abrahā Deo, et reputatū est illi ad iustitiā. Paulus ait, Hoc nō est scriptū propter ipsum tantum, sed et propter nos, quibus reputabitur similiter ad iustitiā, si crediderimus in eum.

Matt. 19. Similiter dixit Dominus. Vos qui secuti estis me, sedebitis super sedes duodecim, et c. Non est dictum ijs tantū, qui tunc sequebantur eum, uiuit enim scriptura. Atq; hæc eadem dicit omnibus quicunq; tales fuerunt, aut sunt, aut erunt. Hic tamen diligenter considerādum est, quod hæc extensio et applicatio fieri debet manetib; us eisdem qualitatibus, et circumstantijs, et intellecto prius sub quo respectu consideratæ sunt personæ, ad quas directus est sermo. uerbi gratia: Considerabatur discipuli Domini quandoq; ut quilibet homines Iudei, qui uocarentur primi ad euangelicam legem, et secundū hunc respectū dicitur eis, Nisi abiudauerit iustitia uestra plus quam scribarum, et c. Quandoq; uero considerabantur ut discipuli proximi Christi, id est, sequentes eum per angustam portam, et uiam perfectionis: iuxta quod dis-

ctum

ctum est. Si quis uenit ad me, et non odit patrem suum Luc. 14, et matrem suam, et c. et adhuc animam suam, non potest meus esse discipulus. Perfectio sensus huius sermonis intelligitur in his, qui renunciant mundum perfide, ut nudi nudum sequantur Christum, nam de his primum et maximè loquebatur Dominus: sic plura huiusmodi dicta sunt eis à Domino, cū respecti sunt ab eo tanquam discipuli sui sequentes illum, ut illud. Nemo militans manum ad aratum, et respiciens retro, aptus est regno Dei. Et illud quod modo aiebam: Vos qui sequuti estis me, et illud: Vos estis sal terræ. Et alia nonnulla hu in simili. Aliquando considerati sunt ut sacerdotes, ut cū dictum est illis. Quotiescumq; hæc feceritis, in mei memoria riam facietis. Aliquando ut dispensatores mysteriorum, et ut ouium pastores atq; episcopi, ut cum dixit, Quis putas est fidelis seruus et prudens, et: Attendite à falsis propheticis. Nonnunquam ut habentes potestatem ligandi, ut cum dicitur: Quorumcunq; remiseritis peccata, et c. Quandoq; ut eminentes apostoli, et fundamenta fiduci et Ecclesiærum, ut illud: Euntes in mundum universum, et c. Deniq; respiciebantur interdum ut singulares persone, sicut illud: Sunt quidam de hinc sanctibus qui non gustabant mortem, et c. Illud quia erat priuilegium singulare, non egrediebatur personam, ideo dictū est Petro: Si uolo eum manere donec ueniam, quid ad te? Quomobrem lector prudens hoc sibi circumspetionis comparet, ut coniijciat à subiecta materia de qua est sermo, et à circumstantijs, secundū quas personam quosq; respiciat scriptura, ut inde retentis eisdem cōditionibus et qualitatibus, fiat sensus hic extensus ad uitæ instru

i stionem

Lucae, 9,

Mat. 26,

ib. 6. 24,

Ioan. 20,

Marc. vltimæ,

Mat. 16,

Ioan. 21,

etionem. Nam quod dictum est illis ut sacerdotibus, aut ut episcopis, non debet accipi tanquam imitandum, ab illo qui non sit sacerdos, aut episcopus, et ita de ceteris. Quod enim non semper quæ dicebat illis, etiam ad alios pertinenter, docuit ipse Petrus, hanc regulam habens, et uti nesciens in particulari (ut sepius numero contingit) dixit domino: Dicis ad nos hanc parabolam, an ad omnes? Quod non dixisset, nisi iam edocitus, quod quædam quæ illis dicebat, erant illis propria, ut electis fundamētis Ecclesie: quædam uero pertinenter etiam ad alios. Quod autem de sermone domini ad illos discipulos directo dixi, similiter deputandum est, si ad alios directus fuerit: nam et inde sensus iste extensus colligitur. uerbi gratia: quod illi iuueni dixit, Si uis perfectus esse, uade, et c. Beatus Antonius illud tanquam sibi dictum accepit, et recte, quia dominus in illo iuuenie multos est allocutus, invitans illos ad uitæ perfectionem. Nam et alibi non a re testatur in hunc modum Lucas, dicebat autem ad omnes: Si quis uult post me uenire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam quotidie, et sequatur me. Vbi uidetis hoc non ad unum aut alterum dici, ut heretici blaterant, sed ad omnes, qui modo uelint accipere consilium dico dixit. Si quis uult, et c. Hactenus de fructibus historia iuxta literam.

¶ De fructibus qui ex Allegorico sensu percipiuntur.

ID E M quoque fructus accipiuntur de sensu allegorico: ideo sicut duplex est fructus, et qui fidem edificat, et qui mores, ita duplex est quoque sensus allegoricus, ut et alter

et alter ad firmandam fidem sit præclarissimus, que propheticū possumus meritò nūcupare, alter uero ad componentos mores aptissimus. Quo in loco illud primum et maximè considerandum est, quod hic sensus non ex ipsa litera, sed ex ipsis gestis eruitur: quæ tamè gesta ex ipsa litera accipiuntur, ut ante omnia statuenda sit ueritas gestorum ex litera. Deinde in ipsis gestis quodammodo cognoscatur is sensus uerbi gratia: Legitur quædam de Isaac et Ismaele, quod ille natus est ex promissione et ex libera, aliis uero ex carnis fecunditate et ex ancilla: et quod ancilla in dominam elata erat propter fecunditatē, simili ter ancilla filius persequebatur filii libere. Hac secundum historiam fuere uerè acta gestaque, sicut scriptura enarrat. Sed à spiritu sancto haec gesta terminata sunt, ad significandum quæ futura erant à Deo prævisa, sicut docet Apostolus ad Romanos 9. et Galat. 4. Hic sensus est admirabilis, et ualde potens ad edificationem fidei, cum uideas præloqui Deum futura contingentia, non solum uerbis, sed ipsis rebus et gestis. Vbi etiam illud secundum considerandum est, quod cum iste sensus paucim de historijs scateat, et eorum que contingunt alia, sint certò ordinata à Deo, ut ita contingant, alia uero sint merè contingentia, Deus ipse sapientissimus non solum terminat acta illa gestaque, quæ ipsemet ordinat, ut quiddam aliud futurum significant, uerum etiam (quod multò est admirabilius) quæ ex nobis et temerè contingunt, sic temperauit ac terminauit, ut similiter futura significarent. uerbi gratia: Quod Osee iubetur accipere uxorem fornicariam, id fuit à Deo ad significandum fornicationem populi, et vindictam Dei: ut ipsamet iij litera

Gene. 16,
8 & 21,

Numb. 21. **littera declarat.** Hic et iussit exaltari serpentem in de-
Ioani. 3. serto, ut in eum respiceremus Christum exaltatum in cru-
ce, atq; ibi illum mederi mortibus malorum colubrorum,
sicut et contingebat ab illo qui positus erat in typum.
Multa quoq; preter hanc possemus afferre exempla; sed
hac satis prudeti. Quaedam uero sunt, quae ex nobis, aut
non sine nobis et nostro contingent arbitrio, Domino
non ordinante illa. Et hanc nihilominus miro modo apta
uit ad significandum futura, cuiusmodi sunt exempla in-
numerabilia. Vniuersam enim scripturam his exemplis
scatere uident, qui beatiores oculos adepti sunt. Quod
enim nurus Iudee Thamar, scorti loco supposuerit se-
ipsam socero suo, et c. inter illos acciderint, que narrat
scriptura; et similiter adulterium et homicidium quod
2. Re. II. patravit David, absq; dubio non fuerunt ordinata a Deo
quia scelerata fuerunt, et turpia: et nihilominus ea gesta
uel acta, aptata sunt mira Dei sapientia ad significanda
maxima Christi, et ecclesiae, futura sacramenta. Nec enim
prohibet etiam de flagitiis, quae uerè ita fuerunt sicut in
historijs ipsis narratur, per allegoriam sumi sacramen-
ta coelestia, et interdu turpe factum significare aliquod
commendabile, ut concubinatus Salomonis, et alia huius
modi. Nec est insolens, quod interdum persona dignissi-
ma et charissima Deo, per allegoriam aptetur ad signifi-
cationem reprobati populi, ueluti uirgo Christi mater,
que Synagogam repudiandam significat, quae foris stat,
Matt. 12.
Marc. 3.
Luca. 8. et non audit uerba Domini. Tertio igitur considerandum,
quod hunc sensum allegoricum propheticum nulla quae-
uis scriptura, preter diuinam, potest recipere. Quod ue-
ro etiam

ro etiam gesta ipsa, i.m ex litera significata, quicquam
aliud praesertim futurum contingens, significet, id non
est hominis efficere qui et ignorat futura, et praesentia
non habet in potestate, ut suo arbitratu accident. Vnde
costat perquam ridicule, ne dicam etiam impie (id quod
iure possem) detorsere quidam poetarum fabulas ad hu-
iusmodi allegorias. Audiui enim ego cōcionatorē quēdā
qui Christi persecutionē in Aetōne, qui à canibus pro-
prijs disceptus fuit, figurauit, à fabula tātā ueritatē sua
dēs miser. Quasi uero uerissimē figurā desint atq; ap-
pertissimā in scripturis sanctis, unde liceat id mysterijs
quām aptissimē, ac uerissimē, et cū magno fidei fructu, ex-
plicare. Habet (fateor) quādā etiā cōficta fabula nōnul-
la doctrinā, nā ad hoc fingi possunt, sicut et quādā ob
hoc aiunt esse fictas, ut inde aliiquid contrahatur doctri-
nā, ut quod aiunt Mineruam ex cerebro ortam esse Io-
uis, et Venerem de spuma maris: sic et nouē sorores mu-
sus fingunt ex Mnemosyne. Et hic rursum sua mysteria
adificant, qui uolunt hanc à ueteribus, non ab re conficta
esse, defendere. Sed homo in scripturis exercitatus nihil
opus habet istis, que etiam p̄ae ueris scripturarum sa-
cramentis, floccifacit. Mittamus illa ergo, quae (si qua
sunt) ab hominum ingenij sunt, et fabulas habent pro
fundamento. Quartō tandem illud circa hunc sensum di-
ligenter obseruandum est, ut neq; tu ausis afferre, neq; à
quoquā recipere, ni probes prius: non enim est omnium
illum uenerari et assequi, nec licet cuiquā pro arbitrio
sibi illum fingere, quem uix assequi absq; certa reuelatione
quis potest. Primum igitur ut probetur, oportet
uidere si uerba ipsa, et uerborum significationes, ita be-
ne apten

nè aptetur ad id, quod per allegoriā intelligis, sicut ad id quod primò significat, id est, rē ipsam gestā. Deinde si quod allegoricè significari uis, iā factū uides. Itē si hoc pertinet ad adificationē fidei, et ad statum Ecclesie: quies enim horū alterū dceſt, suspectus est sensus, imo plānē falsus. Exēplū utriusq; probationis sit hoc. Introducitur in Euāglio Petrus pīscator, qui tota nocte labōrāns nihil capit, qui mox in uerbo Domini rete laxans, tot capit ac tantos, ut scindatur rete. Clarus est sensus literæ historicus. Queritur allegoricus, et hic propheeticus. Et dicitur quod Petrus pīscans pīces, in allegoria significauit semetipsum pīcantē homines, et primò quidem iuxta terrā, ubi erat Iesu, id est, in Iudea, que erat gratiæ Dei propinquior: multū pīscādo laborāspārū fecit fructū, quia ibi propter incredulitatē eorū, fācta est nox. Quamobrem iubetur domino in altum ducere, hoc est, in superbiā gentium, id est, in Græciam et Romanā, rete ipsum trahere Euāgelicū, atq; ad alias gentes. Quo factō, in uerbo domini impletur rete: et quia multi erant qui capti sunt Euāgelica prædicatione, sciderunt rete, id est, per hæreses et schismata exierunt inde, non sine violentia ac dāno retis, cō quod essent magni et nolebant humiliari, non attendentes quod oportebat ut fierent sicut pueri, ut continerentur in sagena et regno cœlorum. Hic est allegoricus sensus, cui res ipsa (id est) ueritas, primū manifeste consonat. Ita enim fuit in hoc sensu colligere ad unguem. Scimus enim primò quod Petrus et socij pīrum proficerunt in Iudea, pīscantes per Euāgelicū rete, quod est prædictio, idq; præst̄im quando esse cœpit nox, id est, quando Christus ob duritiem illorum retraxit fi-

Luc. 5.

dei radios. Scimus itē quod iussu dei, cōuersi sunt ad gētes, et ibi ceperunt usq; ad stupore innumerā multitūdinem: et scimus quod tanta fuit, ut scinderetur rete, id est, per hæreses ac schismata scissa est Ecclesia, prædictio, et ipsum corpus Christi mysticū. Huic sensui uerba ipsa mirè cōsentīunt. Primū nōmē, Petrus, quia significat præsidētē nauī pīscatoria. Itē ars ipsa pīscatoria, nā ut Christus ibi docuit, pīscator hominū, dicitur prædicator euāgeli. Itē rete pīscatorium, hoc est, regnum cœlorum, Christus, Ecclesia, prædictio euāglica. Con Matt. 13, uenit et quod dicitur pīscatum fuisse noctu, et cum labore et fristrā, ut declaratū est: hoc enim fuit antequā exīret Iudeā terrā. Cōuenit et quod sequitur, iūsum ut in altū duceret, quod significat ipsam gentium (ut dixi) superbiā, que debellata est ab illis. Sic dixit Paulus. No R om. II, li altū sapere, per altitudinē, superbiā intelligēs. Sic et Psalmista. Nolite extollere in altū cornu uestrum. Vide Pīsal. 74, igitur ut ueritas rei cōgruit, atq; itē uerba sensu iā exposito, nec minus tertia cōditio, uidelicet, quod hic sensus, Ecclesia statū ostēdit, id est, uocationē Gētiū cū reprobatione Synagogē. Sed ecōuerso ut habeas exempla extraneorū sensuum et falsorū, fuerū nostristēporibus qui traxerūt scripturas ad status tēporales. uerbi gratia. Alij Imperatoris, Alij Regis Galliarū, aut aliarū ciuitatū: et ad particulares aliquos casus huiusmodi aptarūt illas. Debuit omnino talis eorū interpretatio esse specta. Scriptura enim iuxta noui spīritus sapientiā: iam nihil curat hēc, imo si quādo talia in antiquo instrumēto prædicta sunt, non propter seipsa sunt prædicta, sed maximē quia in eis intelligebātur spīritualia sacramēta.

i iiiij Et

Et nunc conuersum est tempus, iam enim exceſit suam adolescentiam mundus ut nō oporteat de temporalibus instrui. Iam uniuersaliter dixit dominus fore prælia, et bellorum rumores, et pestilentias, et famem sapientiæ in orbe terrarum, et pseudoprophetas, modò non uideo quid attineat ad communem doctrinam per sacras literas nos etiam instrui de particularibus eventibus, niſi forte aliqua priuata revelatione, non tamen quod ad scripturas deducatur, niſi multum faciat ad notitiam statutus ecclesiæ: sed curiositas diuinandi et sciendi futura, diabolo etiā sub specie boni fallente multos, pellexit anti-

Innuit mos quorundam ut ſibi prophetiæ donum arrogarent, Hierony-
mū ſu-
marolā. ac aures plurimorum, ut hæc nimium patienter (ne dicam ſtultè) audirent. Sed carnis affectus id egit in multis, quoniam fœlicitates terrena promittebantur, et domi- nationes populorum. Quæ res cepit multos, qui tamen ſibi ſpirituales uidebantur, et sine hac fide uix eſſe cui- quam ſalutem existimabant. At ne quis existimat me hæc priuato odio affectum dicere, uel quòd quoquis modo ſe- cundum carnem exofam habeam cuiusvis gentis poten- tiam, hoc primùm teste Deo (quem inuoco in animam meam) profiteor ac protestor me, ſyncrifimè, et ueri- tatis gratia loqui, nec illo me hac parte teneri zelo, aut emulacione, uel affectu ſecundum carnem, nec illam me unquam ciuitatem odifce, de qua poffet facile lector in- telligere sermonem eſſe, ſed coluiſſe impēs; atq; animo propenſiſimo, utpote qui in ea nomen dederim ut mili- tarem totus arctiore Christi militia, et multos illius pa- triæ ciues habeam egregiè de me benemeritos, quos et corde toto complector, et seruo aſſiduè in orationibus meis

meis qualibuscunq;. Quim (ut ingenuè fatear errorem meu iuxta quod scriptum eſt, Iuſtus primò accufator eſt ſui) non filebo me unum fuisse cū multis, qui huicmo- di hominum fallacijs (ſeu minis) detentus sum, animo ta- men ſyncero, ſed niſi ſimplici, credes huicmodi uiris, ſiue fallentibus ſiue falſis ipſis, qui ſe uifſe Dei prophe- tas constantiſimè affuerabant, quorum et uita in ſpe- ciem uidebatur nō temere religioſa, et doctrina illa atra ſatis rara, atq; confiua; ſed eripuit me Deus tandem ab his laqueis, in ò(que eſt eius bonitas) per hos laqueos mirabiliter traxit ad ſe, et ostendit ueriores modos ad intelligentiam ſcripturarum, ac ſolidiores, ut errore abieco, et ſapietia hominum, ueram illam ipſam ſapien- tiam cum illo agnoscere, qui ostendit eam non in fœli- citatibus huius ſeculi, ſed in ſeipſo cruciſixo: cum quo utinam ego ſim, et permaneam in ſempiternum. Amen.

POSSIM et cū his propheticas ſimiles Ioachim in- terpretatiōes, quas edidit ſuper ſcripturas, taxare, quē ſua curioſitate deceptū uifſe diuinus Thomas noſter pru- denter docuit. Fuit et alter quidam obſcurus ſatis, atta- men argutulus noſtriſ temporibus, qui eiuſmodi nugis ut eſcripturis tempora et momenta erueret, que tamen pater poſuit in ſua potestate, per euangelium illud quan- do pifcatus eſt Petrus post Domini reſurrectionem, et Ioan. 21. cepit centum quinquaginta tres pifces, auſus eſt diui- nare, quòd anno Domini. M.D. XXX. futura eſſet illa ma- gna Ecclesiæ renouatio, quam multi boni prædixerunt et adhuc expectant. Sed ex eo loco tempus colligere propria et commentitia interpretatione, præter quam audax niſium ſuit, etiam ineptum, nam ſuomet arbitra- tu in nu-

Thome
indictum.
de abba-
te Ioac-
him.

tu in numero piscium intellexit annorum numerum; et centum, fecit esse mille, et per quinquaginta reddidit quingentos, et tres uoluit esse triginta. Id tamen commenti nonnulli laudauere, imo etiam quidam in suggesto prædicarūt, cōmendātes hæc populo, qui toties per hæc illus, adhuc aures præstat eiusmodi nugis. Debebat enim hic sensus conuenire literæ, et illud aliquo scriptu rarū loco fulciri quod nobis supponitur, uidelicet, quod centū significaret mille, et quinquaginta quingeta, et tria similiter triginta, aut monstrari quiddā tale alicubi reperiri: quod non fecit. Sunt uero quædā in scripturis, ubi tempora præficiuntur certa, sed captu difficultia: quæ existimo humana cōiectura diuinari nō posse, sed particulari opus esse reuelatione, ut est illud Danielis de An-

Da. 7, &
12, &c
Apo. 12, tēpora, et dimidium tēporis. Et similiter illud Apoc. de muliere quæ fugit in solitudinem, ubi habebat locum paratum à Deo, ut ibi eam pascat diebus mille ducentis sexaginta. Hic certè locus obscurus, sicut in toto libro plura sunt. Nam illud aliud quod in eodē libro habetur, sacerdotes Dei et Christi regnabūt cū illo mille annos, Cerinthianam hæresim fecit, quem in locum etiam alij impegerūt catholici, ut Papias et Hireneus (si non fallunt historie) atq; Apollinaris et Tertullianus, et Lactantius, et Victorinus putarunt C H R I S T U M regnaturum annos mille in terrena Ierusalem. Quama obrem in huiusmodi quæ certa reuelatione non habentur, tutū est nihil temere afferere, sed metuere ne spiritus erroris nos inuidat, nec sit facile reuocare semel emissam sententiā. Illud iam cōpertū, quod omnia domini

gesta

gesta, quæ erāt maximè in sanandis infirmitatibus, allegorice significabat sanitatem à peccatis, et quidē uarijs et uario modo significatis, quam faciebat, et facturus erat, et præsertim in gentibus. Vnde cæci, surdi, muti, leprosi, paralytici, hydropeci, obseSSI à demonibus, febre laborantes, mortui, &c. cū liberantur aut excitantur, significant eos qui luce fidei carent, et infirmi sunt spiritu, et uiribus liberij arbitrij, uarijs illecti cupiditatibus quibus impotentes redundunt ad operādum, et uita carent, quæ est à gratia Dei. Vnde ex uarijs corporis morbis, qui notiores sunt nobis, eleganter animi morbi coniectari et colligi ualent ab ijs qui sapient.

¶ De sensu formante mores.



A C T E N V S de sensu allegorico prophetico, quo plurimū formatur fides. Est uero et allegoricus in historia, qui mores format. Vnde et moralis dici potest, quæ si milititer paſsim in scripturis accipias. Hic nullius periculi est, si modo sensus ipse rectos mores ostendat, et si forte non aptè capiatur ex textu. Ad probandum uero illum oportet et rerum, et uerborum congruentem esse significationem, ut ille inde sensus elicatur, uerbi gratia. Describuntur in diebus illis discipuli Domini ambulante Iesu per sata, sabbato uellere spicas, et fricare manu, et maducare detecta grana. Post literalē sensum, habes allegoricū et propheticū. Per Iesum enim ambulante in diebus illis, intelliges ipsum gradientem cum suis, donec uiatores sumus, et per dies illos intelliges dies nouæ gratiæ. Et per sabbatum, diem requietionis suæ quando

quando iuit ad patrem perfecto redēptionis nostræ ope
re. Et per sata populos qui uerbi iacto semine iam pūl-
lulabant in spicas. et per esuriem discipulorum, illā eſu
riem salutis animarum. et per euulfionem spicarum, id
quod egerunt, quia à terra, id est, à terrenorum affeſtu
ui prædicationis, et exemplo bonorum operum euelle-
bant homines: et ſic manducabant grana decorticata à
superfluis mundi huius. Post hunc uerò allegoriūm ha-
bes et moralem, ut diſcas et tu quomodo facere debeas
imitando diſcipulos Christi, ut et tu esurias aliorum fa-
lutem, pro illa ambulando cum Iesu per sata, id est, ma-
gnis affeſtibus excitando teipſum ad prædicationis uer-
bum, et exhortationis, ut poſſis è terra ibi ſatos ui ue-
ritatis euellere, uerbo, atq; exemplo, et bonis operatio-
nibus tuis, omnemq; ipſorū uanitatem cōterere, ut ſiant
grana pura, et gustui ſanctorū probata. Hec et alia hiſ
meliora, facile diligens lector de hiſtoria ſibi capiet, uel
ſuo ſpiritu, uel ex aliorum collecta libris ad concinna-
dos mores. Nunc autem ſatis habeo id unico indicaffe
exemplo. Nec mihi quicquam dicendum reſtat uelut hi-
ſtoriae propriū, quod annotandum uideatur. Ideo ad eā
partem ueniendū eſt, ubi diximus scripturam per legem
præcipere, ut intelligamus quid propriū ipſa habeat.

¶ Diuīſio Præceptorum ſive man-
datorum scripturæ.



V N T igitur in scripturis præcepta, ſeu
mandata quæ ſic diuidi poſſent, ut quædam
iuris naturalis ſint, quædam uerò (ut more
aliorum loquar) poſitiui. Quæ ut poſſis di-
ſcernere

ſcernere, cape exempla. Præcipit lex moſeos, coli Deū,^{Exo.20,}
honorari parentes, non fieri homicidium, nō adulteriuſ,
non furtum, et quæ huiusmodi ſunt. Hæc iuris naturalis
eſſe dicimus, quia hæc natura docet omnes. Præcepit itē
idem Moſes illi populo Iudeorum certis modis et ſacri-
ficijs coli Deum: quod attinet ad cæremonias. Item cer-
tas indixit poenias præuaricantibus mandata Dei: quod
pertinet ad iudicia quæ non ſeruantur ab omnibus gen-
tibus. Hæc igitur non naturalis, ſed poſitiui iuris, diuini
tamen eſſe dicuntur, quia lex illa à Deo fuit. Hæc autem
noſſe utile eſt propter plurima. Primū ut ſciamus quod
quæ ſunt iuris naturalis, immutabilia ſunt in principijs,
et in his quæ statim de principijs fluunt. Cæremoniaſia
uerò et iudicia mutationem recipiunt à temporum et
locorum et personarum uarietate, aut mutatione. Dein
de ut aduertamus quod, quæ ſunt iuris naturalis cū pre-
cipiuntur, ſimpliciter accipienda ſunt, ut non queramus
aliud inde ſcire, niſi præceptū ipſum, ut faciamus illud,
ſive faciendo bonum quod præcipitur, ſive cauendo à
malo quod prohibetur. At uero cæremoniaſia, quia ſunt
ſigna aut fidei aut morum quoſ à nobis exigit Dominus
non ſic ad literam accipienda ſunt, ut eorum significatio
negligatur, quæ maximè reficienda eſt, unde ſcire poſ-
ſumus tempus mutationis ac ceſſationis eorum. Quæ ut
uno omnia capias exemplo, attende. Præcipitur in De-
calogo ſanctificatio Sabbati, hoc ut eſt iuris naturalis
præceptum, nō ſic eſt accipiēdum ut per Sabbathum una
certa dies, uerbi gratia, hebdomadæ ultima intelligatur
ut Hebrei capiūt, quia hæc poſitiui iuris fuit illis. Ergo
ſic accipitur, quod tenemur aliqua die ſive aliquibus die-
bus,

bus, quicunq; illi sunt, uacare Deo, & abstinere ab operibus que sunt mundi huius. Hoc ratio naturalis ab omnibus exigit, & sic est praeceptum iuris naturalis. Hoc ergo praeceptum ut iuris naturalis est, immutabile est, & ab omnibus gentibus obseruandū. Illud uero quod ultima dies hebdomadæ esset sabbatum, sicut Iudeis precepit fuit, quod tuc habuit magnā rationē, mutabile fuit, et mutatu est. Ratio autē mutationis intelligitur ex significatiōe, et mutatione cōditionē tēporis. Declaro quod fortassis alibi nō legisti. Dñs Iudeis precepit custodiri sancti sacrificiū illam certā dīcē, quā sabbati nomine vocauit, ut in ea ipse sanctificaretur. Id uero quamobrēnisi quia (ut ipsem docet) in ea die quietuit ipse ab operibus que patrarat, condendo mundū, quādo perfecta sunt omnia, & erant ualde bona. Verūm quia nos pactum eius frigimus, & corruimus omnes et fecimus opera ipsa Domini ualde mala, & adegitimus Deum ipsum & Dominū rursum ad operādum, & instaurādū quod corruit, et ipse hoc tādem instauratiōnis opus perfecit, quo noua facta sunt omnia, meritò uenit tēpus alterius sabbati, ut colamus ipsum ea die qua instauratiōne nostram cōpleteam̄. Hac autem dies fuit octaua, quae statim sabbatum Iudeorum sequitur. Igitur meriū facta est hac dies sabbatum nostrū: hēc est enim illa dies quā fecit Dominus, exultemus & letemur. Benē igitur et a nobis cultus est Deus, & ab antiquis, ab uno quoq; in suo sabbato. Antiqui enim in septima, in beneficio conditionis antique, Deum coluerunt, recolentes illud quod bonum fuit ex parte Dei. Homo enim corruit sua culpa, & destruxit opus Dei, sed ignorabat hoc mūdus ab initio. At nos colimus ipsum

ipsum eundem dominum Deum in octaua, quam merito Dominicam dicimus, quæ dies est resurrectionis Domini in gaudio pro illo, & in beneficio instauratiōnis nostra, in quo et clauditur primum creationis beneficium. Vide modo rationem mutationis in ipsa conditione, & varietate temporis, quoniam cum nondum pateret beneficium nouum, colendus fuit Deus in antiquo. At adueniente nouo, patuit illud antiquū incōueniens esse, quia etiam inefficax redditū est nostra culpa. Nihil enim (ut D. Gregorius. ex nostris sapiēs quidam dixit) profuit nobis nasci, nisi redimi profūisset. Igitur uacauit Iudeorum Sabbatum: non enim poteramus in eo Sabbato conquiescere, nos, qui destruximus illud, sed meliore Sabbato introducto in quo requieuit Dominus ab operibus suis, & nos nostram speramus requiem. Hac subtilissimè declarat Paulus ad Hebreos. Cape & exemplū aliud. Adorare Deū quod in lege praecepit, illud secum implicat, ne quid aliud præter ipsum, aut cum illo adoremus. Huius rei gratia secundariō prohibitæ sunt antiquis imagines, et quilibet simulachra. Illud ergo primum quod solus Deus esset adorādus, iuris naturalis, fuit immutabile omnino. Aliud uero secundum, ne fieret imagines & sculptilia, iuris fuit positiui, ut illud principale custodiretur, ne quid aliud præter Deum uerum coleretur, ad prohibendum idolorum cultum. Hoc ergo mutabile & mutatum rationabiliter fuit post aduentum Christi, cum iā nihil periculi appareat idolatriæ, in tēpore hoc iā revelata ueritatis, quādo imagines pingimus, non falsos deos representantes, sed ipsum uerū Deū et honorabiles amicos

Nota
hec propter haec propter haec propter haec

amicos eius, quia facti sunt quodam modo unum cū Deo per Christū, uelut membra propinquissima capiti. Itaq; nulla sequitur idololatria, cum caput et membra adorantur, sua quodlibet adoratione: quia Christus in se: et in illis adoratur. Illi autem non in se, sed in Christo: et illi quidem ut membra honorabili, Christus uero ut caput. Itaq; nulla sequitur idololatria, nec periculum eius ullū quidem. Quis enim adeò amēs ut adorationem suam terminet in picturam, quam scit opus esse manuum hominū insensibile, et inane? Quid i si quos inuenias adeò desipere, ut nesciant inter simulachrum, et id quod ibi representatur, discernere ut hoc adorent, illo tantum utatur ad representationem, monēdi sunt, nec propter eos multitudo est ritus rationabilis picturarū, qui prodest multis, quoniam per eas excitamus omnes: et idiotae multa docentur. Tamen modo decenter fiant, qua in re desidero diligentiam Episcoporum, ne quid indecens, aut fulsum pingatur et ridiculum. Redeo ad ea que iuris naturalis sunt, que diximus esse immutabilia et inuariabilia: quod uerè sic est presertim ex seipisis, et in ijs maximè que sunt principia, aut parum à principijs elegantur, uerbi gratia. Honorare parentes, iuris naturalis est. Hoc quidem et cognitum omnibus, ut decens, et honestum. In honestum autem et indecens est, contraria facere. Hinc intellectum est inter matrem et filium, et patrem et filia, et omnino inter ascendentes et descendentes non posse nuptias, nisi sceleratissimè celebrari: quia hic honor, qui debetur parentibus, isto facto contaminatur, et omnino tollitur. At uero inter alios propinquos ex latere inferiorum graduū, quamquam ex eodem principio

cipio honestas quedam prohiberet copulam, tamen ab initio non sic erat agnatum, quoniam hec indecentia in his personis non ita patebat, sicut in illis. Hoc autem, quia non sic proxime ex principijs morum deducebatur atq; ob istam gratiam, et propter necessitatem propagationis, non imputabatur olim quasi uitium, et dominus tacite dispensabat, tanquam modo in infante sua existente, atq; etate lasciuia: non enim quod decens est sic à puero exigitur, ut ab adolescenti ac proiectioris etatis uiro. Multa enim pueris cōdonantur, quæ à grandioribus exiguntur. Quo factum est ut antiquis etiam uxorum pluralitas, et concubinatus, et diuertia, et usura, presertim extraneis, et alia quedam non illicita putarentur, quia non perfectè cernebatur decorum illud, quod post modo docente Christo, et mundum suo lumine illustrante, agnitus est. Non negauerim quid hæc quæ longius à principijs sunt quæ natura dictat in moribus (licet ut indecentia iudicentur) ex uarij tamen causis dispensabilia reddi possunt: ut recte à Hierarcha in terris summo dispensetur, sicut olim generali dispensatione tacite concedebantur quedam huiusmodi, uel ob necessitatem in matrimonio ad mundi propagationem, ut ait Augustinus, uel tanquam puero existente mundo, et uigente nocte, ubi locus dabatur licentiae, nec tamen nota erat specialis Dei dispensatio hominibus revelatio ne, sed dispensatio tacita et generalis, per hoc quod Deus ipse, quasi conniuens, permittebat illud. Nec enim in huiusmodi ius diuinum, aut naturale, indispensabile est, ut quidam male putant, cum possint esse cause et legitimæ dispensationis in particularibus, ut diuus

b Thomas

Diuus. Thomas rectissimè docet, licet hoc non sit frequenter audendum, sed perraro ex causis magnis, præsertim quando sunt gradus propinquiores. Quod enim in universum dispensabatur olim tacita dispensatione à Deo, ut liceret omnibus, cur non ualeat urgentibus magnis causis in particulari aliquo dispensari ab homine qui est loco Dei? Hæc autem quia non admodum considerata sunt à plerisque, erratum est uehementer. At ego hac de re particulari questione discepto. Sed redeundo ad id quod à principio sumpsimus declarandum, dico quod omne præceptum iuris naturalis, et similiter positiui diuini, recapitulatur in duo præcepta charitatis, Dei uidelicet, et proximi. Huc enim omnis lex et proprie-
tæ tendunt. Et quidem de his quæ uocantur moralia, manifestum est: quæ omnia in duo principia resoluuntur. Alterum est quo mala improbantur, quod uulgò apparet, et cuilibet est in promptu. Quod tibi non uis fieri, alteri ne facias. Alterum uero, quo bona suadentur, quod ipse C H R I S T V S ex-
Matt. 7. presbit, quodq; est perfectius, scilicet econuerso. Quod cunq; uis tibi fieri, alteri facias. Intelligantur autem hec principia, Quod tibi non uis fieri. Et, Quod tibi uis fieri, de uoluntate rationabili, et circunstantijs eisdem seruat, id est, si in eo statu uel talis, in quo, uel qualis tibi proponitur, qui hoc dilectionis debitum abs te requirit, ut officio uel opere aliquo id sibi persoluas. Dilectionis enim, si est, operatur, ut quidam ex nostris benè dixit: inò ipse magister nostrarum C H R I S T V S. Si quis diligit me (inquit) mandata mea seruabit. Non est autem ullum tem-

**Beatus
Grego-
rius.
Ioan. 14.**

pus

pus quod nobis uacet ab aliquo charitatis debito et officio, aut in Deum, aut in nosmetipsos, aut in proximum. Nam charitas et dilectio sui, in illa que Dei est includitur. Proximū uero sicut teipsum diligere debes, id est, in ordine ad Deum. Sic enim impletas ambo illa mandata, Quod tibi non uis fieri, ne feceris alteri. Et, Quod tibi uis fieri, fac, id est enim, Quod tibi uis fieri, et quod tibi non uis fieri, et c. quod est, diligere proximū tuum sicut teipsum, uidelicet, Diligere debes (ut iam dictum est) rationabiliter deputando. Nam teipsum ponere debes in locum eius, et personam illius induere, et quod fieri aut non fieri tibi à proximo tuo rectè et rationabiliter cogitans uelles, id teneris uel facere uel non facere inuicem illi. Et in quibusdam quidem id satis, planeq; notum est omnibus. Nam quedam (ut diximus) ita natura prohibentur aut exiguntur, ut homicidium, et parentum honor, ut nullus sanus dubitet. Quædam uero non ita patent. Hanc uero proximi dilectionem omnis lex exigit, et naturalis, et Moseos, et gratia, sed ipsius dilectionis opera uarie exacta sunt à Deo p has leges, quia radix huius debiti, etiā uarie se habuit in quavis lege. Quod ut capias, illud cōsidera. Hæc dilectio Dei, in qua includitur et nostri et pximi dilectio, à nobis exigitur nō quasi boni iam simus, sed ne simus mali et ingrati. Quia enim prius dilexit nos Deus, ideo tenemur illum diligere. Dilexit autem creando, et multis beneficijs ac donis honestando. Ergo ipsa Dei charitas (qua erga nos affectus fuit) nostræ dilectionis regula est, et mensura, ut quanto magis ab illo nouerimus nos esse dilectos k ij ob

ob dona in nos collata maiora, tanto etiam magis econsumserò illum diligere debeamus: hoc autem non uestro, sed fusto. Et ideo tanto maiora opera à nobis exigit, quanto ille munera nobis uberiora contulerit, atq; contulisse patuerit. Vnde dixit egregie ille Dilectus: In hoc est charitas, id est, inde est capienda charitatis regula, non quasi nos dilexerimus Deum, sed quia ipse prior dilexit nos. Sic enim iterum dixit, nos diligimus Deum, quoniam ipse prior dilexit nos. Cum igitur in lege nature non certò appareret aliud beneficium erga nos, nisi conditionis & creationis nostrae, quoniam naturali lumine ipsum omnium causam & nostri conditorem intelligebamus, nec omnino nos destitui à prouidentia sua, qui pluias dabat de cælo, & multa prouidebat hominibus, quæ etiam Ethnici nosse poterant, & cum adhuc inueniremur in conditionibus naturalibus infirmi, & imbecilles ad opera fortia, nondum sese ostentante lumine gratiæ & fortitudine, ob istam causam non exigebat a nobis Deus perfectam dilectionem in operibus magnis, quæ uix agnoscebantur, sed sui agitionem, & gloriam, & gratiarum actiones pro viribus. Vnde reprehenduntur Philosophi qui non glorificauerunt

Rom. 1. Deum cum illū per ea quæ facta sunt, iam nossent: neq; gratias egerunt, sed euauerunt in cogitationibus suis.

Rom. 2. At ubi uenit lex Moseos, quia non nihil lucis amplius adiutum est de bonitate Dei, & ostensa sunt illi populo beneficia eius potiora, qui dignatus est loqui cum illis, & instruere per legem certius de his, quæ naturalis lex in mente hominum suadebat quidem, sed non ita certè, & testimenta primum quæ condita sunt, notaq; facta ipsi

Abrahæ

Abrahæ de Christo, in eadem lege & prophetis declarata sunt, ideo creuerunt & opera dilectionis, que exigebantur ab illo populo, quia qui plus accipit, plus debet: & cui minus dimittitur, minus debet. Nec tamen sic perfecta charitas ab illis exacta est, quia nec perficerat Deus opus illud summum dilectionis suæ per dilectum filium, quod est nostra redemptio. Venit ergo tandem perfecta Dei charitas, & ostensa est omnibus literis granibus in ligno Crucis, ubi cum iniuncti essemus, filij fan- guine reconciliavit nos sibi clemētissimus Pater, & tunc congruè legis perfectionē dedit, figens illā nobis in corde, dans q; facultatem intrinsecus complendi eam, purificans & renouans corda per fidem uiuam, sicut ille operabat qui clamabat: Cor mundum crea in me Deus. Et si cut promissum erat futurum. Et effundā super uos aquā mundam & mūdabimini ab omnibus inquinamentis uestris, & ab uniuersis idolis uestris mūdabo uos, & dabo uobis cor nouum, & spiritū nouum ponam in medio uestri, & auferam cor lapideum de carne uestra, & dabo uobis cor carneum, & spiritum meum ponam in medio uestri, & faciam ut in præceptis meis ambuletis. Hactenus de Moralibus.

NVN ergo de cæterinalibus pauca ad aperiendum circa hæc intellectum ad scripturarum intelligentiam. Cæterinalia igitur præcepta hinc ortum accepterunt: cum enim teneremur Deum diligere, ac per hoc etiam colere (ut par est) atq; adorare, illiq; soli seruire, diuinos illi honores & seruitutem (quam iam usurpato ad hoc uocabulo latram dicimus) impendendo, nec id in teriore tantum animo & corde, uerum etiam exterio-

k iii ribus

Luc. 7.
&c. 12.

Rom. 5.

Psal. 50.

Eze. 36.

&c. 11.

ribus corporis obsequijs, ut homo totus colere intelligere intelligatur, quia non ex anima tantum, sed ex corpore etiam constat, necessariū fuit ut obseruaremus in cultu certa tempora, loca, res, actiones, quasi sacras et à prophanis distinctas. Cuius obseruationis prima ratio est ipsa decentia: ut enim diuus Thomas inquit, hoc habet humanus affectus, ut ea que cōmuniā sunt, nec distincta ab alijs, minus reuereatur. Quae autē segregātur à ceteris, quasi excellentiora admiretur, et obseruet: ut hinc habeat cōsuetudo, etiā reges mudi quibusdā certis ueluti signis uti: utputa coronis et sceptris, et uestimentis et armis, à populi ceteris instrumentis segregatis, ob reuerentia et nota. Secundam rationem tradit Augustinus, quia cū diuini honores nō solū à singulis sigillatim, uerum etiam gregatim, et collectim ab omnibus Deo reddēti sunt, oportuit esse certas et uniformes cæmonias, in quas cōuenirēt omnes. Vnde recte ille in Faustū. In nullum (inquit) nomē religionis, seu uerū seu falso, coadunari homines possunt, nisi aliquo signaculoruū seu sacramentoruū uisibilium confortio colligentur. At summa cæmoniarum ratio est, protestatio fidei spēq; nosstræ, ut quid cum Deo agamus, aut quid ille nobiscum, significatio, sicut planè in sacramētis et sacrificijs probare licet. Et haec quidē rationes cæmoniarum sunt in genere consideratarum. In particulari uero circa cæmonias illas, Moseos, sunt particulares et proprie rationes, uidelicet cur tales dederit, et tot, et de singulis quidem lögum effet enarrare. Hoc satis sit quasi uniuersaliter dictum, quod ad aperiendum multa facit. Cum enim gens illa, et populus lascivus esset, et ferus, et du-

ra

re ceruicis, oportuit partim cohiberi illis obseruatio= nibus, et tanquam placidis uinculis alligari: ne sua lasci uia in peiora illum præcipitaret, et ut ipsi Deo uero ficerent quod alias dijs falsis et idolis fuisse facturi sunul cum reliqua gente: partim etiam doceri, et ad humilitatem reduci, quod satisfiebat per cæmonias illas: partim deniq; frangiri, et quasi tædio affici à multititudine illa uinculorum, ut uenientem libertatem per C H R I S T V M cum lætitia maiore suscipieren, ut potè iugo feueriore à ceruicibus excusso. Quia ergo haec rationes erant propria et speciales illarum cæmoniam in communi, et adueniente gratia et lege fidei cessau= runt, ideò nihil mirum si et illæ ipsæ cæmoniae cessarunt, quamquam et ratio alta cessationis earum traditur, et uerissima (uidelicet) significatio iam falsa redita. Nam cum cæmonia illæ omnes Christum significarent uenturum, et statum Ecclesiæ futurum, et nouæ fidei: cum primù uenit Christus et fides, iam falsa fæcta est significatio illa, quod uenturus esset qui iam uenit. Quo factum est, ut sint redditæ non solum iniuriales, uerum etiam perniciose: quia in cultu Dei esse mendacium, perniciose admittitur teste Augustino et Thoma. Erant uero cæmoniae illæ uel sacramenta, uel sacrificia, uel sacra, uel obseruantiae: et in sacramentis ue= luti circuncisione illa carnali, quæ per petrā fiebat, cir= cuncisio spirituālis per C H R I S T V M futura si= grificabatur. Item sacrificia cuncta, et oblationes Christum, hostiam, uel uitimam significabant. Simili= ter festa, et neomeniae, futuram populi instaurationem, et gratiam, et spiritualia dona. Sic et templum et Ta= k iij bernaculum

bernaculum, et Altare, et Mensa, et Candelabrum, et Arca, et Panes propositionis, et ipse pontifex cum suis ornamentis, et cetera sacra. Christum ipsum et Ecclesiam, eiusque statum futurum miris modis inueniebant. Observantiae quoque ille multe, ut de abstinentia a certis cibis, et cautions a contactibus cadaverum, aut mortorum et huiusmodi: similiter morum internam munditiam desiderabilem, atque futuram per Christum in sua Ecclesia, significabat, a qua omne immundum remouendum est. Quod si dixeris, non ne mundabant illae ceremoniae? Emundabant quidem, sed exterius carnem solam, ut ait Petrus, non spiritum: quamquam non dubitamus etiam illarum observatores etiam emundari, non illarum vi ceremoniarum, que tantum figure erant et umbrae futurorum, sed uirtute Christi, quem fide illi concipiebant.

ad Co. Corinth. 10. Et i[n] perte[n]ebat ad Euageliu[m], ut docet Augustinus et recte, nam id Paulus docet Corinthios, quando ait. Nolo enim uos ignorare fratres, quoniam patres nostri omnes sub nube fuerunt, et omnes mare transierunt, et omnes in Moysi baptizati sunt in nube et in mari, et omnes eadem esc[er]a spirituali m[er]ita duauerunt, et omnes eundem potu[m] spiritu rituali biberunt (bebebat aut de spirituali, cosequente eos petra, Petra autem erat Christus.)

HAC TENEVS autem de ceremonijs antiquis, quibus ergo sublati necesse fuit introduci nouas, quia (ut iam diximus) sine ceremonijs quibusdam impossibile est decenter coli Deum. Habent enim se[me]re ceremoniae ad cultum ueru[m] interiorem, sicut folia in arbore ad fructus ipsos. Decorem enim adiungunt arbori, et si moderatae sint, fructus etiam custodiunt: sic ceremoniae que decenter

C

et moderate adhibentur. Paucas tamen Dominus tradidit in Euangeliu[m], sed illas quidem principales, ut Baptismum, et Eucharistiam, et si quid aliud. Reliquit autem reliquias, et earum circumstantias, ab ipsa ecclesia statuendas: cui non frustra spiritum suum sanctum reliquit magistrum. Quare infirma et ridicula est haereticorum ratio, quod quia non inueniantur in euangelio mandati ritus, quos mandat ecclesia, idcirco seruari non debent, in eo ex ipso quod sine ceremonijs coli comode Deus non potest, et mandatas in euangelio non uidemus, continuo intelligimus, ni stupidi prorsus simus, quod hoc negocium statuendi certos ritus et conuenientes, Deus reliquit Ecclesia, quam esse docendam a spiritu sancto pronunciauit. Quare ridiculosus etiam peccant heretici, qui cum nostris (id est) Ecclesia sancte ritus damnant (quia in Euangeliu[m] non legunt) suos tamen nouos adiuueniunt, sed cum nec illos inueniant in euangelio, unde queso accipiunt ipsi, nisi a derisor et magistro illorum diabolo? Sed iam de ceremonijs satis, ut ex illis, in significationibus praesertim, discas fidem, quam proficeris ac mores. Unum tamen non tacebo, quod quandoque sub precepto ceremoniali, aliquid aliud inuoluitur morale preceptum, ut id quod dictum est olim, Carnem cum sanguine non comedetis. Ibi enim explicata est homicidij detestatio, et prohibitio, ut in eius rei obseruantia recordaretur etiam precepti huius. Similiter et illud,

Gene. 9.
Deut. 25.

Non alligabis os boui tritiranti. propter aliud principalius dictum est, ut significaretur debitum stipendiij praedicatoribus uerbi. Hec et similia in obseruantijs reperties antiquis.

D E Iudicib⁹ autem nunc uideamus. Iudicia illa legis antiquæ cessasse non est dubium, quia in lege euangelica, que perfecta est, non decenter adhibetur timor temporalium atq; præsentium. Quamquam et alia ratio cur cessauerint, assignari ualeat, scilicet, quia ex illa iudicialia nonnunquam erant significativa futuri, quod cū uenerit, iam non futurum est: atq; ideo illa cessare oportet ne falsum significant, quod non decet in cultu Dei.

In Euangeli⁹ enim silere oportet quæstiones, ex iudicia sanguinis: unum tantum expectandum iudicium eternæ sententia⁹ in futura uita, quando spiritus sanctus arguet multos de peccato, et de iustitia, et de iudicio. Hoc tantum habet Euangeli⁹, quod post correctionem statutam factum ultima poena extra communionem ponitur, qui proterius fuerit nō seipsum corrigens. Non tamen quædam poenæ medicinales interdicuntur, Paulus enim minatur interdum se uirgam quoq; severitatis exercitum. At capitale iudicium reddere, os sacrū minime debet, nisi forte per modum miraculi id fieret, ut intelligatur potestate Dei potius factum: sicut Petrus fecit Anna⁹ et Saphire ad terrorē aliorum, et considerationem iudici⁹ uenturi. Sic et Paulus excœcauit Magum, et Satanam in corpus delinquentis immisit. Nam et dominus quod flagellarit existentes in templo, reuera ex diuina potestate, et miraculosè id egit, ut recte ait Hieronymus. Ergo ecclesiastica potestas mitis et placida est. Non tamen uetat Euangeli⁹, ab ijs qui secularem potestatem exercent huiusmodi iudicia ferri aduersus nosios: imò scriptura ad hoc eos hortatur ob publicā pacem. Non enim sine causa gladium portat: ministri enim

Ioan. 16.

I.ad Co. 4. &c. 5.

Adui. 5.

I.ad Co. 8. &c. 5.

Ad Ro. man. 13.

Dei

Dei sunt, ut docet Apostolus. Verum de his quæ ad leges attinent, satis hactenus dictum fit.

¶ Regulæ ad intellectum Psalmorum & prophetarum.



ABENT et Psalmi, et Canticæ, nō nihil priū, quod ad ipsorum intellectū prænosse oportet. Sunt enim Psalmi canora quedam colloquia ex spiritu, uel cū Deo, uel cū inimicis, aut alicuius alieni à Deo. Quæ cum Deo sunt, uel Dei laudes sunt et cōfessiones gloriæ eius, ac benignæ erga nos uoluntatis suæ et iustitiae, uel sunt interim deprecationes malorū, uel petitiones honorum. Quæ uero cū inimicis et alienis, uel reprehēsiones sunt, uel exprobrationes. Deniq; uniuersus Psalmorū sermo, propheticus est, loquebatur enim David in spiritu. Quia uero nullus habet accessum ad Deū, ut ualeat cū illo habere sermone, et fiducialiter arguere, et corriger ceteros, nisi principaliter Christus, ideo in psalmis oportet credere principaliter Christū esse loquentē, qui interdū accipit responſa à Deo. Et ideo primū nō oportet turbari si aliæ personæ loquentes uideātur introduci secundū literam, ut David, Salomon, et Asaph, et si qui sunt alij: quia secundū primarii spiritus sancti intentionē, Christus uerè sub illis personis intelligitur, ita ut in psalmis sensus literalis in David, aut alijs (circumscripto Christo) acceptus, sit sensus mancus, iudaicus, et ferè nullius utilitatis in seipso, nisi ut suggestus et subministrat ex litera inueniē historiā multa, ad spiritualē sensum deprehendendum, ut Christum audias loquentem. Nam hic uerus et summus

summus est, et certè literalis sensus. Non enim Psalmographus in sua litera intendit historiam texere, sed ex historia plerisque innuere latenter spiritum Christi, alia nobis et sua magnalia loquentem. Quocirca secundo loco aduertendum est, quod cum in Psalmis et Canticis introducantur personae loquentes, ut Pater ad Filium, Filius ad Patrem, et (quod etiam est maxime considerandum) ipse Filius nonnunquam ex propria persona loquatur, nonnunquam ex persona ecclesiae et membrorum suorum, nam ecclesia ipsa, ut dictum est, iuncta Christo, corpus eius dicitur, et ideo Christus quasi unum cum illa: et cum istae personae frequenter mutentur in psalmis, et modo una, modo alia loquuntur, non nisi uigilanti et eundem quodam modo spiritum habenti, quo huc illuc impellatur, apparet. Tertium quod ex predictis capititur, et uehementer est aduertendum, ne quis moueatur quod Christus interdum loquatur indigna seipso, constitutus se peccatorem, et derelictum a Deo, et deprecans pro iniuitate sua. Et item David sibi nequam conuenientia, ut illud quod postulet sibi tribui secundum innocentiam, et iustitiam suam, et alia huiusmodi. Nam id quod Christus loquitur cum peccatorem se facit, non de se dicit interdum, sed de membris suis: interdum uero etiam de seipso, non tamen propter propria peccata, sed propter nostra, quae in se suscepit lueda. Similiter et cum uidetur quod David quedam de se afferat, quae uel sibi male, uel ipsi Christo nostro multo uerius, ac perfecte conueniunt: non enim illa de se iactas se debemus intelligere, sed in eo potius audire Christum, Iann. 8, qui solus audet in ueritate dicere, Quis uestrum arguet me de

CATHA. POLITI. 157
me de peccato: Sed quoniam qui sunt in Christo, sancti eius, et spiritu Christi aguntur, etiam suam iustitiam (quam tamen a Christo habent, et in Christo ut sancta et immaculata eius membra) commendare possunt, et sic David faciebat in spiritu. Quocirca, quia multa Christo et uaria conueniebat et secundum quod erat homo, et secundum quod erat Deus, et secundum quod erat caput, et secundum quod erat corpus, quia sibi uniuit Ecclesia, et secundum unum statum, quod erat nobiscum viator, et secundum aliud statum, et secundum quod erat homo fragilis carne, et secundum quod erat uir fortis spiritu, oportet haec in promptu habere, ut commode applicentur suis locis. Denique hoc exigit psalmorum intellectus, ut ex titulis plerisque prænotatis discas argumentum, ut sub eis, quasi sub inuolucro, inspicias quid spiritus specialiter ac mystice in illo significet, siue sit historia, siue instrumenta musica, sicut sunt multorum psalmorum tituli, que instrumenta cum siat nobis ignota, de ipsorum nomine et significatione oporteret coniectare quid mystice significaretur. Quae de re hactenus nunc.

I AM de propheticō sermone, quid proprium habet uestigemus, quamquam hoc in loco audire alios malum, quam docere. Perstringam tamen quae didici, et animaduerti in hoc genere scripturarum. Primum communne hoc fuisse omnium prophetarum, uoluisse ostendere naturam hominis a peccato corruptam, sub peccati ac diaboli seruitute captiuam, et ideo assidue fructificantem mortis: sed bonitate Dei reparandam, ac liberandam per iam decretum redemptorem filium Dei, ac filium hominis, Christum, pontificem, Regem, ac prophetam sum

mum.

mum, ut posset eruere, regere, atq; instruere populum suum, quem uocatus erat ecclesiam suam, redemptam in uera & perfecta iustitia, ut fieret populus acceptabilis, non solum ex gentibus, sed etiam ex gentibus quicunq; non recusarent uenire ad Christum, quem deinde uenturum rursum ad iudicadum impios, iniustos, intemperatos, pater decreuerit, & ad promouendum suos ad dexteram omnipotentis. Hec est tota ferè materia omnium prophetarum, quamquam circa hæc alij plus, alij minus, quæ circumstant, pronūciauerint. Hoc tamen certum, quod quicquid habet euangelica historia de Christo & apostolis eius, totum prænunciatum fuit in ueteri scriptura. Quia tamen non enunciantis atq; enarrantis modo conscripta sunt, quia non erant historiographi, sed prophetae, quorum maximè est proprium subobscure & figuriliter ac sub inuolucris, quo locum fidei face rent, prænunciare, factum est ut difficillima et obscurissima hæc sit pars scripturarū, & meritò quidem, ut absconderentur sacramenta perfidis: fideles autem aut non sine inquisitione ac labore aliquo, ac per hoc maiore cum uoluptate intelligenter, aut etiam cum merito crederent ac uenerarentur quod non intelligenter, expectantes intellectum omnium in alia uita. Delectatur enim Deus plurimum, quando uidet hominem captiuum reddentem intellectum suum in obsequium fidei: & arrogatius est uelle omnia scripturarum occulta penetrare, cum(ut diximus) sigillum habeant. Sunt quedam tamen, quæ prænōsse multum faciunt ad prophetarum intelligentiam. Et primū est fidem ac scientiam plenam habere mysteriorum, & illius præsertim magni, uidelicet,

incarna-

incarnationis, & consequenter sanctissimæ Trinitatis, quoniam de Christo loqui sunt omnes. Præscire autem oportet quod C H R I S T U S non solum homo, uerum etiam Deus sit. Et quod secundum hæc duo, ipse à Prophetis prænunciatur, & consequenter de eodem contraria afferuntur, & secundum diuersas naturas & uoluntates uera fiūt: idèo non oportet turbari. Item præscire oportet quod Christi aduentus non unus decretus erat, sed duplex secundum corporis presentiam: & prius, qui iam præcessit, debuit esse inglorius, humilius, et quasi absconditus sub forma serui quam accepit, ut sic satisfaceret pro peccatis nostris. Alius uero, quem expetamus, contrà gloriosus, & manifestus, ut reddat unicuique iuxta opera sua. Quia ergo Prophetæ de utroq; aduentu loquentes, & consequenter prænunciantes de Christo contraria, uidelicet infirmitatem, et uirtutem, ignobilitatem et gloriam, stultitiam & sapientiam, subiectiōnem & imperium, & quæ hæc circumstant, redundunt hominē infidelem, qui istam distinctionem nō percepit confusum aut in sua confusione firmum, ut sunt Iudei qui unum Christi solum modo aduentum confiderant. Ad hæc de effectu primi aduentus etiam contraria uidentur prænunciari: nam alicubi reprobatio et disipatio populi sui Israël, et Iudeorum, et Sion, et Ierusalem prænunciatur: aliquando uerò contrà liberatio, et salus. Si hīc non adhibeas, quam Iudeus ignorat, distinctionem, et Paulus docet, inter Israël secundum carnem, et Israël secundum spiritum, profecto in obscuro ambulabis. Nam de Israële et Iudeo et Sion et Ierusalem, reprobatio ac disipatio prædicitur,

Salus

Salus uero et redēptio, et exaltatio, de Israele et Iudeo secundum spiritum. Et ideo uaria de his dicuntur. Ad hæc secundum uaria tempora, etiam diuersa dicūtur de Israele secundum carnem, uidelicet et dissipatio et redemptio, primum tamen dissipatio, deinde redemptio: talia etiam prædicuntur de Israele secundum spiritum, quoniam in hoc mundo passurus est pressuram, deinde gloriam adepturus per carnem. Adhæc multa etiam prenūciantur, qua habent in sensu secundum carnem, intellectum aliquem, sed non plenum. uerbi gratia. In aduentu eius prænunciatur pax multa in orbe. Id fuit quidem quod ipse uenit angusti tempore, cum clausum est iam templum. Sed non in hoc tantum prophetia impleta est, sed in populo Dei, in ecclesia sancta sua, et iis qui testamēti Christi fuerūt digni, qui sic dispositi. Pacem meā relinquō uobis, pacem meā do uobis. Hæc est magna regula in prophetarum oraculis, quod plurima que describuntur in carne, id est secundum intellectum carnalem, et aliquid ibi ueritatis licet agnoscere, non plenē tamen implentur iuxta spiritus intellectum. Operæpræstium esset hec dicta omnia multis illustrare exemplis, sed longius quam ferret Clavium mensura proueherer.

SECUNDUM illud ad Prophetarum intelligentiā consert, quod (ut dixi) prophetæ non ueluti narrat̄es historiam procedunt, qui cum quid narrandum assumunt, prosequuntur ac persistunt quousq; completum sit gestum, aut actū quod describunt: utētes rebus gestis quā si quodam inuolucro ibi admiranda abscondunt oracula, sed ipsi prophetæ mirabili quadam instabilitate, immo quodam impulsu spiritus, aliquo uaticinio incepto,

ad aliud

ad aliud feruntur, commiscentes multa et uaria, ut hoc de industria factum uideas ad inducēdam obscuritatem, ne ante intelligatur quā uelit Deus, ac simul etiam omnī tempore abscondatur indignis. Quamobrem uigilanter hoc est aduertendum, et fortè non est hominis hoc deprehendere absq; lumine spiritus particulari. Vnum tamen si obserues proderit ualde, idq; est, ut in uno atq; alio loco id agnoscas, ut inde admonearis de alijs. Terribilis, quia proprium est prophetarum sub inuolucris et uelaminibus loqui et prophetare, oportet ad ipsa inuolucra attendere qualia sint, ut ualeas ex illis cōiectare, quod sub eis inuolutum est, quoniam analogiā quandam habent. Utuntur autem pro inuolucris, et nominibus, et rebus gestis ut dixi, seu gerendis, ut duplex inde prophetia nascatur. Nomina autē quibus utuntur pro inuolucris, sunt hominum quorūdam, et ciuitatum, aut fluminum, et montium, et altiarum rerum plurima, quorū significatio est et iuxta interpretationē carnis, et iuxta interpretationē spiritus, ut est Israël, Iacob, David, Salomon, Iuda, Ierusalem, Sion, Aegyptus, Babylon, Circuncisio, Præputium, et innumera alia, quae et secundum carnem et secundum spiritū intelliguntur. Quare oportet habere horum nominum significationē spiritualem, quae declarata est in scripturis nouis, uerbi gratia: Christus dixit, Ecce uerè Israēlita, in quo dolus non est. Et Paulus: Non omnes qui ex Israele sunt, iij sunt Israēlita. Et Gabriel dixit, Dabit ei Dominus sedē David patris eius. Et regnabit in domo Iacob in eternum. Et iterum Paulus, Cui Angelorum dictum est aliquando: Ego ero illi in patre, et ipse erit mihi in filiū. Sic Iudā et Iudeos

1 scriptura

Ioan. I.

Rom. 9.

Luc. I.

Hebr. 1.

Roma.²⁴ scriptura accipit et secundum carnem, et secundum spiritum: et similiter circumcisionem. Vnde Paulus. Non enim qui in manifesto Iudeus est, neque quae in manifesto est circumcisione. Et sic AEgyptum et Babylonem spiritualiter uocat, ut seculi huius filios et confusionis intelligamus. Sic est et Ierusalem et Sion, uidelicet secundum carnem et secundum spiritum, ipsa nimirum Ecclesia, et simulatores eius. Quamquam igitur de his loquuntur scripturae prophetarum, sive numero etiam iuxta sensum carnis, tamen non est plenus intellectus, nisi etiam spiritualis sensus admisceatur. Et hoc euidenter docemur, quoniam frequentissime quae dicuntur iuxta carnalem uocem acceptiōnem, impleri non possunt, uerbi gratia: Promittuntur quaedam Salomonis, et de eo eiusque regno dicuntur, quae certe nunquam in eo uerificata sunt. Hinc certe coniūcimus non de illo principaliter ea dici, sed de Christo sub inuolucro eius nominis rectissime significato. Nam ipse uerè pacificus fuit, et uerè Dei filius. Sic et de David dictum fuit. Non dabis sanctum tuum uidere corruptionem, hoc illi minimè conuenit. Igitur in eo Christus intelligendus est, qui etiam iuxta literam dicitur David apud prophetas, ut apud Ieremiā. Seruient domino Deo suo, et David regi suo, quem suscitabo eis. Quocirca uigilantissime est aduentuū in his, quia sive numero propheta proponit quaedam uel gesta, uel etiam gerenda iuxta carnis intelligentiam, et non persistit in ea, sed abscondit sub illa Spiritus sancti mysteria, ita ut non tam utatur nominibus pro inuolucro, quam et ipsis rebus gestis: quod perspicere non est in exercitati et infidelis, nec eius qui gratia hac, scilicet, intelligendi scripturas, non sit donatus. Huius rei exempla sunt innumera, que pas-

Psal.^{15.}

Iere.^{30.}

sim offendas. Vnum tamen ex Isaia accipe, ubi sub histo-^{Isaie 7.}
ria regis Achaz, et regis Siriae, et Israëlis, inuoluitur bellum spirituale, quod erat nobis cum diabolo et cum carne, et certa seruitus, nisi per Emmanuelē Virginis partum liberaremur. Similiter passim uaticinia enunciantur sub inuolucris ihs. Circumspectum igitur in his lectorem esse oportet, ut nec historiam propositam penitus omitat, et quod super ea prophetatur secundum literam, quoniam et de rebus tunc occurrentibus instruebat et prophetabant: nec tamē ita heret uel historia et proprie ad eam spectanti secundum literam, ut amittat (quod magis erat intentum) spiritualem sensum, et nobiliorem de Christo, eiusque regno prophetiam, sub illa historia et prophetia carnali, quasi sub inuolucro, clausam. In qua re Dei sapientia mirificè apparet ihs, qui beatiores ocoulos habeant. Illud quoque proculdubio obseruandum, quod in numeris ipsis posita est significatio sacramentorum, ut ternario, quaternario, senario, septenario, octonario, nouenario, denario, duodenario, quatuordenario, uicenario, tricenario, quadragenario, quinquagenario, septuagenario, octogenario, centenario, et alijs. Nec sunt ista doctorum inuenta, ut quidam imperite existimant, sed ex ueritate, quod ex ipsis sacris scripturis passim libebit agnoscere affueto in illis. Quartò et illud habent prophetæ propriū, quod sive numero futura quasi facta prænunciāt, et ita sive re inuoluūt, ut ī eodē penitus sermone quædā dicatur quasi preterita, quædā quasi futura, et statim de uno tempore in aliud transitus sit mirabiliter, ut non habeti hūc morē in promptu, nonnullū creetur nego cū. Sunt quae huius variationis rōne ferat, quae tamen habet instatias

1 ij quibus


quibus interimitur. Ego existimo ideo sub preterito multa comprehendи, ut sciamus ante oculos Dei facta esse, que uel ipse determinat̄ fore decreuit propter certitudinē prouidētia sua, uel si nō decreuit fore, sed cōtinētia esse uoluit, tamē oculo suo aeterno, quo ambit omne tēpus, fieri uidit, etiā quae nondū fuit ante oculos nostros, ut uelut facta censeantur apud prophetā. Similiter propter certitudinē diuinę uisiois, que nō fallitur. Quae autē fore prædicuntur, id est, sub futuro tēpore, oculorū nostrorū obtutui futura, nō oculorū Dei, prænūciātur.

D E B N I Q V E in prophetis sunt inuolucra & obscuritates multæ propter metaphoras, & metaphoricos sermones, quibus quāquam scateat tota scriptura, prophetica tamē præcipue. Quare oportet lectorē scripturarum cōsiderare, ac mādare memorie multa huiusmodi, quonā modo per translationē accipiātur, ne igno ratio illorū remoretur ipsum in lectiōne, uerbi gratia: De Deo multa dicūtur, que si in propria significatione accipiātur, falsa & indigna Deo significarent: ideo metaphorice accipienda esse cognoscimus, ut brachium Domini, & manus, & digitus, & oculi, & facies, & nares, & palpebrae, & huiusmodi multa, que declarat Augustinus quo modo accipi debeant. Quedam tamē declarata habemus in scripturis, ut de digito Dei quod sit Spiritus sanctus: & de brachio, quod sit Christus. Sed hic bonū effet ratiōes intelligere, et inuestigare. Nā hic agnoscitur multa conuenientia, et analogia admirāda, & quiescit homo, et delectatur in fide sua, & benē est illi. Christus etiam multis nominib⁹ metaphorice significatus est. Leo enim dictus est ob fortitudinē: ouis et agnus,

ob

ob māsuetudinē. Hocdus etiā, quia peccata nostra suscepit. Lapis, ob cōstātiā inuiditissimā, et quia fundamētum est in quo omnia edificātur et consitūt. Illud annotādū tamen ut qui metaphorice accipit, uideat metaphoram congruentē esse, et resultare sensum conuenientē. Quod si metaphorā à scripturis probatur, ut nōnūquā continet. uerbi gratia: quod aque multæ populi multi sunt, poterit id quidem accipi, si tamen uiderit conuenire loco. Nam aqua etiam sapientiam & doctrinam significat, item impetum, tribulationem. Sunt et alia multa per scripturas declarata, ut quod terra significet cor hominis, ager, mundum, sexen, uerbum Dei. Qua de re, quia hoc pertinet ferè ad totam scripturam, nōnihil mox dicetur sub regulis communibus.

¶ Communes regu'æ ad intellectum & lucem obscurorum in scriptura locorum.



N T E Q V A M methodum ostendam ad obscuritatem scripturarum illustrandā, illud primum amouendum est à mente hominum, ne quis existimet absq; magnis causis, scripturas uoluisse sapiētiam spiritus esse obscuras, & intellectu difficiles: non quod inuidet homini salutis intellectum doctrinæ, sed partim propter fideles ac bene affēctos, et studiosos ueritatis: partim uero (ut dixit Dominus) propter irreligiosos et impios. Nam studiosos quidē exercet obscuritas, et que labore quēsita est ueritas, delectat magis, magisq; cordi affigitur quod sic ex parabolis, aut figuris, sine metaphoris et enigmatis in geniosē colligitur, atq; exprimitur. Ob hos enim

1 iii dicendi

dicendi modos, qui frequentissimi sunt in scripturis, obscuritas oritur. At quam sit suauius de huiusmodi, ueluti signis & exemplis, ipsam ueritatē proprio mētis opere exculpere, quam si simpliciter ac plane enarrata sine labore ebiberetur, vix dixi potest. Sic enim non tantū prodest quod deuoratur, quantū quod māditur, & probatur gustu. Possem hic copiosius exemplis hec demonstrare & illustrare, sed hoc nō effet tam claves tradere, aut quomodo aperiatur docere (quod est huius operis) quam aperire omnia, quod est a studioso postmodū expectandum, ut ipse id sibi per has ipsas claves facere ualeat. Satis est hic bonas causas indicasse cur obscurè nobis tradita est scriptura, ut hinc uideas quam male concludebatur ab ijs qui aiebant, quasi referat quicquā scribi quod nullus intelligat. Nō enim nullus intelligit, immo plurima intelliguntur à multis, que necessaria sunt ad salutem. Hæc ab omnibus intelligi possent si uellent, quia facti sunt omnes dociles Deo, ni qui semetipos exceca-

Ioan. 4. 2. ad. Co rinth. 4. Luc. 24.

uerint sua perfidia. Hi sunt qui pereunt, & ijs opertum est euangelium & scriptura, ut Paulus inquit. Et ualde arrogantis est censere quicquid non intelligas, nec ab alio quoquā intelligi. Adeſt enim et adhuc uelū multorum oculis, sicut et Iudeis, ne poſſimt expansæ iā ueritatis gloriā intueri. Sic tenebatur oculi quorūdā aliquando, ne illum poſſent agnoscere, ut ait scriptura. Valeret autē argumentum in nos, si omnia eſſent obscura in scripturis, aut si ubiqꝫ idem obscurè diceretur, aut si quodcumqꝫ est obscurum, à nullo intelligeretur aut intelligi poſſet, idqꝫ perpetuō ſic eſſet. Sed non ſic res habet: nam

multa

multa ſunt que nō obscurè dicuntur, ſed plane, ut que- cunqꝫ ad ſalutē ſunt neceſſaria. Quod ſi forte obscura ui deatur nō ſanis oculis, nō hoc scripture dādū eſt uitio, ſed ſuperbia obtenebrati mētē, ne ualeat iudicare quod eſt ſole clarius. Et multa ſunt, que etſi obscurè alibi ha bentur, alibi tamen plane traduntur. Et item multa ſunt, que etſi multis operaſta ſunt et abſcondita, tamen patent nonnullis. Deniqꝫ multa ſunt, que etſi nulli adhuc pa tent, patebunt aliquando tamen. Arbitror enim conti neri in scripturis obscura quēdam, que non eſt datum forte cuiqꝫ mortaliū haſtenus intelligere, quia futuros euentus continent, & ſignata ſunt: qualia exiſtimi in Apocalypſi multa eſſe, & penè in omnibus prophetis: nec ob id nihil refert eſſe scripta, quia ſuo tempori ape rienda feruantur, ut per hoc magis Dei prouidentia agnoſcatur & ſapientia, & agantur illi gratiae debita. Sicut nunc multa intelliguntur & nouimus, que olim erant abſcondita & operaſta, & ſignata, & gratias agimus Deo. AEquum eſt enim ut quaevis etas, ſuis reuelationibus gaudeat. Quare iniquum eſt ob obscuritatem, & diſſicilem cuiusuis intellectum, scripturam illam con temnere ac deſpicere, quia ſenſum non capiunt: ut hodie nonnulli faciunt de Apocalypſi, quā idcirco deſpiciunt, quia(ut fatētur) ſenſa nō capiūt. Quod ſi quid ualeat hec ratio, plurima pars certè de scripturis nobis peribit, qā permulta in eis ſunt que nō capimus: ſed abſit hec amētia. Nā et ignota mysteria ſub incerto uenerari, nō eſt ir religiſum: quoniā ut ſacrosancta ſunt, quia talia etiā eſſe ſcimus, ueneramur. Spes autē interim coſolatur pios, et medetur huic malo ignoratiōne noſtre, p id quod ueri

1 iiiij tas

Luc. 12.⁺ *tas ipsa dixit: nihil opertum quod nō reueletur. Illud de-*
Matt. 7.⁺ *nīq; est etiā in causa, quod in scripturis obscura multa*
& 13.⁺ traduntur (quod à principio innueram) ne margaritæ
iactentur canibus, & sanctum mittatur ante ora por-
corum. Sic enim dixit Dominus. Vobis datum est nosse
mysterium regni, ceteris autē in parabolis, ut audientes
non audiant.

S V N T uero et uiae ac regulæ ad obscuritatem
 scripturarum deprehendendam, atq; leuandam, commu-
 nes in omni scriptura, quantum pertinet ad sensum lite-
 ralem, cui maximè primò est incumbendum. At resolu-
 do hæc in principia, non est dubiū omnem obscuritatem
 aut ex ip̄a dictione procedere, aut ex alio extra dictio-
 nem. Si sit ex dictione, id accidet aut à mendo scripture,
 quod uitata sit, uel male & obscurè ab interprete reda-
 dita ipsa scriptura, aut ab æquiuocatione, aut ab am-
 phibolia, aut à tropo proprio lingue, aut à figura.
 Obscuritati ergo quæ uenit ex prima causa, uidelicet, à
 mendo scriptoris, uel translatorum inscitia, aut inertia
 aut negligentia, primò occurritur inquisitione ac dilige-
 gentia per uarios & emendatores codices, & diligēti
 collatione adhibita, uerbigratia: Apud Ioāiem legitur.

Ioan. 21.⁺ *Sic eum uolo manere donec ueniam. Codices fideliores*
habent. Si eum uolo manere donec ueniam. Item: Apud
Luc. 15.⁺ *Luc. legitur de muliere que perdidit drachmam, quod*
euerit totam domum, emendatores habent, Euerrit, nō
Euerit. Alibi legitur, Patientia opus perfectum habet,
Sed melius alibi, habeat, nō habet scriptum est. Et apud
1. Ioan. 5.⁺ *dilectū legitur, Omnis iniq;itas peccatum est, et est pec-
 catū ad mortē. Græcè legitur, Et est peccatum nō ad mor-*

tem

tem, quod puto etiā uerius legi, nec ab interprete omis-
 sum fuisse, sed ab imperitis qui ignorabant sensum. Simi-
 liter de coruo legimus quod egrediebatur, & nō reuer-
 tebatur donec siccarentur aque. In hebræis longè me-
 lius, ut cesseret omnis scrupulus, legitur assertiū. Egre-
 diebatur & reuertebatur, &c. Et in parabola hominis
 descendētis in Hierico, legitur: Suscipiens autem Iesus,
 &c. Emendati autem habent, Suscipiens. Et alibi. Et si
ad Phis. 3.
 quid aliter sapitis, & hoc quoq; Deus uobis reuelauit,
 melius reuelabit, ut habebant incorrupti. Sunt uero alia
 huiusmodi multa loca, quæ nō interpretis uitio, sed scri-
 ptorum corruptè leguntur. Sed quia nunc quorundam
 diligentia emendata sunt, omitto. Cum uero uenit obscu-
 ritas aut quæstio, quia uel male ut non aptè est interpre-
 tatum uel ex Hebreo, uel ex Græco: hoc in loco prode-
 rit linguarū notitia, si modo iudiciū affuerit. Ecce quod
 dicitur apud Paulum de Patre, Ex quo omnis paternitas ad Ephe-
feos. 3.
 græca lectio τοῦ πατέρος suffert quæstiones, quas
 inepita interpretatio inducebat. Similiter ubi legitur,
 Nostra autem conuersatio in celis est, græca lectio πλειον ad Phis.,
 rior est, ut sensum germanum reddat. Sic & ad Roma,
 ubi habemus, Qui cum iustitiam Dei cognouissent non Roma, i.
 intellexerunt. Græcè longè inclius ac planius, ut noui an-
 notarū & rectè, nec debemus uel cōfuetudine, uel qua-
 uis de causa defendere errores. Nihil enim absurdum, ni-
 hil periculi accidit Christianæ fidei, si in huiusmodi de-
 prehendatur antiquus interpres (quisquis is fuerit) aut
 errasse, aut ab incendatis codicibus falsus fuisse. Non
 enim id fide recipimus, ut credendum sit cuiilibet inter-
 pretationi per omnia, quamvis maximè recepta sit ab ec-
 clesia,

Nota q̄a clesia, etiam cum laude. Probatur enim (ut iam diximus) à multris in vtranque partem errantibus omnia in suo genere. Quod quamquā ita sit, admonebo etiā iterū atq; iterū, ne simus ad eō precipites, ut ita Græcis codicibus faueamus quasi & in illis nequeāt ullā reperiri mēda, uel à scriptorū incuria, uel à malignorum corruptione. Quod enim in quibusdā syncerior Latina sit lectio, ueteres planè testatur, Ambrosius, Hieronymus, Augustinus. Qāobrē nimis audacter noui quidam nōnulla cōmutauerūt ex ueteri lectione, loco quorū sup posuere nota, ac proculdubio improbabilia, ut exēpli gratia. Quod legitur ad Corinth. Omnes quidē resurge mus, sed nō omnes immutabimur: mutarunt illi sic, nō omnes quidem dormiemus, sed omnes immutabimur. Hoc autē nō rectē uel ipso teste Hieronymo. Nam & pro lectione nostra faciūt rationes maxime: id quod particula ri libello tractauit. Similiter & apud Dilectum legitur, ad Corinth. 15. 44. Omnis spiritus qui soluit Iesum Christū, &c. Hac sentētiā nescio qui audaculi detraxerūt, quia forte in quibusdam exemplaribus Græcis nō reperitur, quibus nimiam habent fidē. Nā & in tripartita historia admonemur, quod ea uerba ab hæreticis sublata fuerunt. Quare desidero quorundā uel diligentia, uel iudiciū, qui ausi sunt tanquā repurgatores mendari cōmuniis additionis, mutare sepe literā, sed in deterius, non adhibētes collationē aliorū codicū, ac iudicium. Forte etiā Erasmū in hoc sequenti, de quo nescio quātū ad pōdus attinet, an plus mēdarū induxerit, quā abstulerit: imò uerò hoc certē assero, quod peccauit nonnunquam ita perniciose, ut si cum uno certo ipsius errore omnes cōferātur qui manebat in additione communi & rectē notati sunt ab eo, uix ulius ponderis habebuntur ij, præ uno illo solo. Nam &

olim substulerat uerba illa in Epistola Ioānis, Tres sunt ^{1. Ioān. 5} qui testimonii dant in cœlo, &c. aduersatus & cōmuni lectioni, & Hieronymi testimonio: quod etiā cum cōtu melia in uirum sanctum reiecit. Scd alibi de hac re in il lum latius. Non eo inficias potuisse nonnulla melius trāf ferri in latinum, & aptius & dilucidius: ex quadam etiam peregrina uocabula nō relinqui ininterpretata, nisi ratio aliter posceret, ut seruarunt apostoli, & magi interpretes, ueluti, Halleluya, Hosanna, & si qua sunt alia. Hæc enim ob reuerentiam, et mysticum intelle ctū in sua lingua debuerunt manere. Verū non ita debuit de quibusdā alijs fieri: Nā sine causa reliquit quod legitur græcē πριντερον ἐπι μηλωταῖς sic transferens, circumierūt in melotis, uocem Græcam manere permit tens, ut ignaris linguae obscuritatē frustra obtruserit, ut quidam exposuerint ineptē, licet non periculosē. Nichil enim perit de neruo ueri sensus, nec sic tamen cuitarū Erasmi dētē, qui nec gloriā sanctitatis, nec doctrinæ eminētiā cuiusquā reueritus, sed festucā aliorū seuerissimo persequens iudicio, trabem propriā non proficxit.

B S T & sāpe obscuritas ab equivooco, quæ nonnūl quam cessat in altera lingua. uerbi gratia, Dixit Simeō apud Lucam beatæ Virgini, Et tuā ipsius animam pertransibit gladius, &c. quod ibi legitur, pertransibit, am biguē dictum est, ut significare ualeat transfixionem (ut ita dicam) ac penetrationem animæ & similiter p̄teritionem, ut Augustinus aliquando interpretatus est, si modo is fuit Augustinus, quod non existimo. At græca uox διλεύσεται dirimit questionē, quod istā interpretationem non patitur, sed primam tantum.

Notat

ad He. III.

Lucæ. 2.

Notat hoc Erasmus et recte. At quod ob hoc exiliat paulo immodestus, non recte. Item Christus in scripturis saepenumero uocatur filius hominis. Quodam ergo in loco Augustinus dicit ideo solum Dominum sic dicendum esse filium hominis, quia ex feminina tantum natus est, non etiam ex mare. Ceteri autem filii hominum dicuntur, non filii hominis, quia ex utroq; parente nati sunt. Placuit id commenti nonnullis, sed non esse secundum ueritatem, aliae lingue demonstrant. Nam græce legitur. *νιὸς τοῦ αὐτόποντος, id est, filius hominis, maris non σεμίναι, quod articulus ipse docet.* Præterea et Hieronymus notat etiam alios, præter Christum, in Hebreo uocatos filios Adam, id est, hominis et non hominis, ut habet nostra editio. Et quot putamus esse huiusmodi et qui uoca in scripturis, que uel ex translatorum inertia, aut, quia uix alter fieri potuit, in lingua nostra apparent, in Hebreæ uero non item? *Quamobrem certè operapretium esset in originali lingua, qua ipsi primi scripturarum autores locuti sunt, uidere scripturas quamquam sobriè cum iudicio, ut nec nimis obstinate tueare quod per incuriam, aut ignorantiam multorum irrepfit, nec nimis præproperè quicquam deleas, et calculū statuas.* Plurimi enim lingue periti præceps iudicium facile proferunt: qui si maturius rem tractarent, continerent profectò sententiam: non enim sat est ad hoc iudicium facendum præstare eruditione lingua, nisi coniuncta etiā una sit multijuga rerū ac mysteriorum notitia, ac simul quædam cum scripturis familiaritas: quoniam illæ uehementer suum habent et quidem proprium sermonem propter necessitatem, in quam res abstrusissima et interdum cogunt.

cogunt, ut singulari quodam modo loquantur scripturae. Quis enim diceret, ἐν τῷ ὅψη καὶ ὡρχῇ περὶ, ut legitur in Apo. Et quod interrogatus Domini Apoc. 14. nus, quis esset, respondit. τὸν δράχυν ὅτι οὐ λαλεῖ νῦν obscure hæc dicta sunt grammaticis, at fortè non considerantibus rem à scripturis. Quare quod à grammatices ratione et collatione cum alterius linguae codicibus potest quis assequi in huiusmodi, non est nostrum docere: quoniam ea obscuritas non est ex proprijs ipsius scripturæ.

QVAE igitur faciunt obscuritatem ex proprijs scripturarum hac parte, id est, quia eadem uox multipliciter ibi capiatur dicam, non tamen omnia (neque enim ego noui omnia) sed de innumerabilibus, pauca. Primum igitur frequenter mibi uidetur in scripturis, uoces quaspiam interdum accipi in summa significatione, interdum uero etiā in significatu inferiore. Hoc autem ex subiecta materia, aut personis, quibus attribuuntur, intelligi potest. uerbi gratia: Christus filius Dei uocatur, id autem naturaliter et summo modo: quia solus ipse uerus Dei filius est. Angeli ergo atq; homines, filii Dei uocantur, at non summo modo perfectè, sed adoptiōe. Sic ille dicitur lux mundi, et Apostoli lux mundi dicti sunt, sed non illo modo eminenti. Sic et Deus p̄f̄m dicitur in scripturis, qui uerus est Deus, quia unus est, et non est aliis praeter illum, et nos tamen uocati sumus Dij. Sic et unus Dominus est, et unus pater, et unus magister, et nibilominus etiam alij dicuntur Domini, et magistri, ac patres appellati sunt. Sed in nominibus excelsis, ut est Deus, et Filius Dei, id cauit scriptura, ne illum singulariter

Iob, 1.

Ioann. 7.
Matt. 5.Deut. 6.
& 32.
Psal. 81.
1.ad Corinti. 8.
Matt. 23.

lariter uocaret filium Dei præter Christum, nisi uelut
 ad He. i. in typo, ut ipse potius Christus intelligeretur: ut quā-
 tō figura deficit à ueritate, tanto ille sensus iuxta carna-
 lem literā credatur deficere ab intellectu spiritus subli-
 z. Reg. 7. mi. Hoc dicimus, quia Salomō uocatus est in scripturis à
 Deo etiā singulariter filius. Sed nō tā ille Salomō, quām
 Osee. ii. in illo noster rex pacificus significatus fuit. Sic et po-
 pulus Israēl. Simili modo non inuenio in scripturis quen-
 quam singulariter uocatum lucem mundi, sed simul plu-
 res, ut Apostolus, ut hinc intelligeremus nō eos ueram
 et summam, et non participatam lucem fuisse. Nam
 hæc in uno tantum ponenda est: participatione autem
 nihil uerat esse plurim. Sic Dij uocati sumus. At nul-
 lus hominum singulariter et absolute uocatus est Deus
 in scripturis, sed nec Dominus quisquam absolute præ-
 ter Christum, qui unus est Deus et Dominus. Licet ea-
 nim, ut ait Apostolus, Dij multi, et Domini multi, unus
 riuth. 8. tamen nobis per scripturas est Deus Pater, et unus Do-
 minus Iesus Christus. Sic unus Pater et unus Magister
 singulariter, et absolute Deus ipse ut pro illo, neq;
 Magister, neq; Pater sit illus. At post illum, similiter et
 multi Patres, et multi Magistri: at quatenus sub illo
 sunt, et quatenus non diuiduntur, sed idem sapiunt atq;
 docent quod audiunt ab illo. Hæc autem, quia nō intelle-
 xerunt multi, errauerunt, detrahentes Deo et Christo
 in sanctis eius, et honorabilibus mēbris. Ad hæc Chri-
 stus s̄æpe accipitur pro ipsa persona Christi, et adhuc
 pro illis qui sunt ei proximi, et membra eius honorabiliſſima. Et deniq; pro toto Ecclesiæ corpore: id quia
 quidam ignorant, aut si ſciant non ubi oportet confia-
 derant.

derant, fugit eos uerus nonnullis in locis intellectus.
 Quare puto ignorari quid Paulus ſibi uoluerit, quūm
 dixit, de his qui resurgent, primitia Christus, deinde ij ^{1. ad Co-}
 qui ſunt Christi qui in aduentum eius crediderunt. ^{xith. 15.}

A D H A E C ita quadam aliquo respectu parua
 ſunt, ut perinde accipientur ac ſi non ſint, ut fides que
 erat ante Christi aduentum, et gratia et spiritus, pe-
 rinde ac ſi non fuſſet existimatur. Ideò dixit Paulus. ad Gal. 3.
 Prius autem quām ueniret fides. Ad hec etiam ſciendum
 quòd in scripturis frequenter quedam uoces, non ut
 ūulgus accipit, capiuntur. uerbi gratia: Homo capitur
 plerūq; non pro eo qui habeat naturā humānā, ſed hoc
 amplius pro eo qui habeat naturam humānam corrui-
 ptam, et Deo aduersam atq; inimicam, et ſecundum
 hoc, dictum eft de C H R I S T O quòd habitu inuen- ^{ad Phi. 2.}
 tus eft ut homo, et quòd in ſimilitudinem hominum fa-
 ctus eft: Nom enim homo erat iuxta corruptionem na-
 turæ, ut eſſet inuifus Deo, ſicut nos, ſed quaſi unus ex
 nobis erat, homo tamen ſecundum humanam naturam
 perfectam. Et Paulus dicit: Cum ſit inter uos zelus et ^{1. ad Co-}
 contentio, nonne homines eſtis? Et alibi. Si homini- ^{xith. 3.}
 bus placarem, C H R I S T I, ſeruus non eſsem. Et
 iuxta hanc significationem reprobantur traditiones
 ac mandata hominum, id eft, que ſunt ſecundum
 ſpiritum hominis. Vnde et Petro dixit Dominus.
 Non ſapis que Dei ſunt, ſed que hominum. Et hoc ^{Matt. 15.}
 ſimiliter quia non eft conſideratum à quibusdam, ^{& 16.}
 etiam pernicioſe erratum eft. Fateor tamen non ſem-
 per ſic accipi uocem hanc. Vtrum autem uel hoc uel
 illo modo capere oporteat, ſubiecta docebit materia.

Ad hæc

Adhæc peccatum et peccator multipliciter sumitur in scripturis. Peccatum enim sæpe numero pro peccato originali accipitur, et apud Paulum pro ipsa radice peccati actualis, quæ est concupiscentia, uel fomes: quod licet naturale sit homini, ob peccatum tamen antiquum descendit, atq; ideo peccatum cognominatur ut ipsius peccati effectus: sed non est hoc nobis imputabile, cum habemus etiæ iniusti illud, haud quidem magis quam belle, quæ simili appetitu mouentur, nisi quod id nobis accidit ex peccato primi patris, quod interpretatione etiam nostrum fuit propter pactum. Quare satis est ut illud sit nobis pro pena, et quodcumq; ex eo sequitur uitium actuale, quod evitare non possemus. Deinde et peccatum hostia qua pro peccato offertur, unde et Christus peccatum dictus est. Sed hac de re proprio tractatu differui latius. Et quia etiam hoc nolunt capere heretici, ut stulti ridiculosè aberrant. Similiter et peccator dicitur et qui peccatum illud habeat sibi dominans, et qui peccat peccatum aliquod, et qui peccati reum se pro alijs constituit, quo quidem modo, Christus maximus omnium peccator fuit. Et qui hoc ignorarunt etiam errarunt horrendè, ac blasphemè, derogantes Christo.

AD HÆC Baptismus aliter atq; aliter accipitur, et pro sacramento, et pro eo quod in sacramento significatur, quod est supplicium atq; immersio sub tribulationibus, et passionibus quasi sub aquis. Sic dixit Dominus: Baptismo habeo baptizari, et quomodo coactor usq; dum perficiatur. Sic et Paulus, Quid facient qui baptizantur pro mortuis, si mortui non resurgent? Quia etiam hoc non est intellectu, suscitata est heres eorum.

corum qui baptismum suscipiebant pro ijs qui moriebantur: et plurimi locum illum coacte exponunt, quidam etiam ridiculè. Nos autem in commentarijs super illa Epistola declaramus. Sunt et uerba quædam, ut audire, scire, nosse, quæ in scripturis variè accipiuntur, et operari uigilare: nam audire, interdum est fide recipere, quia (Paulo teste) fides ex auditu. Sic puto intelligi ad Ro. 10 quod scriptum est, Audiens sapiens sapientior erit. Et illud, Audi Israël Deus Deus tuus, Deus unus est. Sed Israël non audiuit, ut et scriptum est. Et alias: Quis credidit auditui nostro. Et Dominus, Qui habet aures audiendi audiat, id est, ut fide possit recipere. Interdum audiare etiam obedire significat. Sed hoc et grammaticus docet. Scire, similiter nonnullis modis accipitur, cu quod scitur etiam ostenditur. Nam quod non ostenditur, quasi nesciatur, habetur. Sic dixit quidam, Scire tuum nihil est. Persius. nisi te scire hoc sciat alter. Dominus quoq; dixit se non scire de die illa, uidelicet quia non erat ut doceret illam. Similiter etiam nosse quis dicitur quod probat, et cui etiam dilectione applicatur, ut dicatus sit Dominus reprobis. Non noui uos. Et in psalmis habetur: Nouit Dominus qui sunt sui. Et iterum, Quos praesciuit, id est, præcognouit notitia amicitiae, et prædestinavit. Quia uero hoc non est animaduersum à plurimis, etiam in hoc erratum est. Est et uox in scripturis, Renouari, Regenerari, quæ important ingredi in Christum per fidem et sacramentum Baptismi, quod si fiat semel, satis est. Et quia hoc non est intellectum, ideo et in hoc uehementer erratum est, et in cōtrarios itum est errores.

m Nam

Mat. 25.
Psal. 1.
ad Ti. 2
Rom. 8.

Prou. 1.
Deut. 6.
Ia. 53.

Mat. 13.

Perseus.
Marc. 3.

Nam quidam baptisnum iterarunt, quidam uero etiam pœnitentiam negarunt lapsis, cum audirent ab Apostolo, Imposibile esse renouari quemquam, qui semel gustauit Dei uerbum. Sunt et alia plurima uocabula in scripturis, quæ peculiari modo accepta sunt ab eis, ut mare quo omnis cōgregatio aquarū significatur. Quod quia nesciuit impius philosophus Porphyrius, et insig-
nitis apostata Julianus Cæsar, et arrogater et stulte au-
si sunt euangelistas reprehendere. Item mundus uariè ca-
pitur: interdum enim pro hominibus simpliciter, inter-
dum uero pro mundanis, id est, uel pro his qui ibi totali-
ter sunt fixi, non aliam sperantes uitam, aut querentes,
uel pro his qui saltem ex parte in eo sunt, et ex uitæ ne-
cessitatibus sollicitantur. Primo modo dictum est: Sic De-
us dilexit mundum, ut filium suum unigenitum daret. Iu-
xta alium modum dicitur: Non potest uos odiſſe mūndus.
Et iuxta tertium modum, puto intelligi mundum in eo
sermone, quem dixit discipulis dominus, cum ait: Rogabo patrem, et alium paracletum dabit uobis, spiritum
ueritatis, quem mundus no[n] potest accipere. Ibi mundi ap-
pellatione, etiam uenient qui utcunq[ue] pijs sunt, adhuc ta-
men mundi huius curis impliciti non promerentur aliud
paracletum, id est, spiritum confirmationis, et ueritatis
apertissimam manifestationem, quæ paucis datur. Vita
etiam et Mors uariè sumitur in scripturis, et secundū
carnalem, et secundum spiritualem intellectum. Et secū-
dum spiritum quidem, etiam uariè: nam mortuus dicitur
omnis homo, qui moritur in peccato primo tatum, quia
priuat uita eterna in cœlis, non tamen alia quadam ui-
ta: sed est mors secunda, quæ cuilibet cōtingit à proprio
et actuali peccato, quæ erit eterna damnatio. Mors au-

Heb. 6.

Ioan. 4.

Ioan. 7.

Ioan. 14.

Ioan. 3.

tem corporis, uix mors dicitur in scripturis propter spē
resurrectionis, sed dormitio. Innumerā autem sunt nomi-
na et uerba, quæ plerunq[ue] sic spiritualiter intelliguntur,
ut domus, templum, corpus, comedere, bibere, tangere,
ambulare, et huiusmodi multa, quoniam hæc suo modo
etiam spiritualiter, uel sunt uel fiunt. Sic enim dominus di-
citur Ecclesiæ, sed dominus Dei, et templū Dei similiter. Item corpus Christi, sicut et corpus peccati, et omnes
animæ uires dicuntur membra, et corpus. Et sic uidebis
apud Paulum uocari. Sic cœlum, terra, ignis, aqua, et
alia plurima spiritualem habent significationem: et uolu-
cres cœli per quos interdum demones, interdū sanctos
uiros intelligimus. Quare oporteret hominē fieri spiri-
tualem, ut posset experimēto cognoscere quomodo ipse
sit templum Dei, et membrū Christi, et uiuens Deo, et
mortuus mundo et peccato: et quis est qui tangit Chri-
stum sicut illa fluxū sanguinis patiens, et quomodo mā-
ducetur Christi corpus fide, et charitate deglutiatur:
et quomodo ambuletur in uia mandatorum. Venit autē
interdum difficultas in scripturis à nominibus proprijs,
ut in genealogia Matthæi, ubi legitur: Iosias autē genuit
Ieconiam, Ieconias autē genuit Salatiel. Nam quis ille Ie-
conias fuerit, et an duos cōmemorauerit Matthæus Ie-
conias, quidā dubitāt. At hic (si res benè cōsideretur) no[n]
erat magna dubitandi causa: et reuera de uno tantū Ie-
conia scripture loquitur. Locus autē magis dubius erat
de Achimelech sacerdote, apud quem diuertens David
comedit panes propositionis, quos no[n] licebat comedere
nisi sacerdotibus, ut habetur lib. Reg. quoniā Marc. no[n]
Achimelech, sed Abiathar uocat. Constat autem Abiathar
in ij filium

Ioan. II.
1. ad thes.
fili. 4.

Matt. 13.

1. Reg. 21
Marc. 2.

filiū Achimelech fuisse, ut legitur sequēti cap. Et fortē pater erat etiā huius nominis. Nam & in quibusdam locis certum est pluriū nominum fuisse eosdem homines, ut de Ietro socero Moseos, qui etiam Raguel appellatus fuit. Sic & ille Zacharias, qui fuit occisus inter templo & altare; de quo legimus Paralip. secundo, cap.

Mat. 23, 34. Ille idem est quem Dominus in Euangelio memorat. Nec obstat quod filium Barachie uocet, qui Ioiada filius dictus est, cum facile idem homo & Barachias, & Ioiadas dici potuerit. Non enim infrequens hoc erat, ut diuersis nominibus idem homo significaretur: quamquā & hoc esse potuit, ut Barachias esset unus de parentibus superioribus, qui & patres dicuntur more scripturæ. Illud quoq; faciebat dubitationem nescientibus legē, & quod duplex est filiatio, uidelicet carnalis, & legalis, unde Ioseph & Iacob filius secundum carnem dicitur. Et Heli secundum legem. Est & nonnulla difficultas, quoniam quedam necessariō futura in scripturis dicuntur, que tamen contingenter accidentunt, ut illud. Oportuit Christum pati, & ita intrare in gloriam suam. Item

Mat. 18, 1. illud, Necesse est ut ueniant scandala, necesse est hæreses esse. Quo in loco debet sciri, et necessitatis acceptio duplex, & diuina præscientia. Necesitas enim duobus modis accipitur, uel à causis determinatis, uel ab ipso facto iam determinato. Et illa prima quæ accipitur à causis, dicitur nec eſitas absolute, quia iam causa determinata sunt ad certum effectum, qui non potest euadere ne fiat. Secunda ergo necesitas colligitur à re ipsa cum sit: nam si fit fieri oportet dum fit, quouis modo fiat etiam contingenter: quia impossibile est idē simul fieri, & non fieri:

fieri: ut enim ait Philosophus, necesse est Socratem sede In libro
re dum sedet. Quia ergo diuinus ille & aeternus oculus
ambiens omne tempus, uidet omnia quæ sunt, & facta
sunt, & futura sunt nobis, ut sibi semper præsentia pro
eo tempore quo sunt, idèo scriptura dicit de his, quod
necesse est esse, sicut necesse est esse ea quæ sunt, dum
sunt: sunt enim & contingentia ante oculos Domini. Ve
rūm de his proprio tractatu disputauimus.

E S T & moris scripture distributiū hoc, Omne, uariè accipere, & uno quidem modo primū ut non includatur sub eo malū quidpiam, Sic enim dicitur. Omnia mihi licent. Charitas omnia credit, omnia sperat: nā quod malum est, nihil est, sed boni priuatio. Sic dicitur contra. Nihil, quod ante oculos Dei negligitur, ut quando dixit Paulus, Si non habuero charitatem, nihil sum. Deus enim quodam modo non computat in numero rerum, eos qui decedunt à uita quam charitas dat. Adhuc aliter accipitur ibi cum dicit Paulus, Omnia conclusit Deus sub peccato aut sub incredulitate, ut omnī miseretur, per id quod dicit, omnia, intelligit Iudeos & Gentes, non quidem singulos Iudeorum & gentium, sed magnam partem. Nonnunquam uero hyperbolice capitatur. Posset & de Cōiunctionibus, & Aduerbijs, doctrina aliqua tradi, sed longior esset quam postulet clavis ipsa. Illud tamen annotabo quod, Et, frequenter in scripturis, et præcipue in antiquis capitur pro, quia, Quod quia non est cōsideratum à quibusdam, erratum est per niciose, præsertim quod uoluerint quidā reprehendere translatorem ubi ipsi nimis impie aberrarunt, ut eo loco Gen. 14, ubi nos legimus de Melchisedech. Erat enim

Rom. II, 6
ad Gal. 3, 20

m. iij sacerdos

sacerdos Dei altissimi. reprehederit communē interpretationē, ignorātes hoc, quod hæc copula (ut annotat Hic ronimus, et alij) sē penumero capitū pro. Quia, Sic puto accipi ubi legitur, Et inimici hominis domestici eius.
Matt. 10
Psal. 59
Ioan. 1.
Luc. 2.
 Et alibi in psal. Da nobis auxiliū de tribulatione et uana salus hominis. Et alibi Et uerbū caro factū est. Et alibi, Et benedictus fructus uenoris tui, quod rectē annotauit Theophylactus. Deniq; usū ueniet, ut exponas etiā pleriq; alijs locis, ubi lōge clarior redditur intellectus huiusmodi interpretatione. Ad hæc coniūctio. Ut, interdū nō tā reddituā est cause, quām indicatiua eius quod est cōsequuntū. uerbi gratia, dici solet. Hoc factū est ut impletetur quod scriptū est, &c. At si dixerit, ex eo facto inseguuntū est illud impletētū, quāquā nōnūquā etiā possemus dicere respectu Dei se admiscētis de sua speciali prouidētia in aliquo facto, quod factū fuerit ad hoc ipsum ut impleretur prophetia, quod est idē ac si diceretur, ut impleretur uolūtas D·i determinata ab ipso. Est et præpositio, In, et præpositio, Per, quæ uariè et frequenter capiuntur in scripturis ut, in, pro inter: sicut cū dicitur. Et habitauit in nobis. Benedicta tu in mulieribus. In qua re etiā à quibusdā erratū est. Itē, In, capitū pro, per, tropo quodā hebraico, quāquā et nōnullis in locis uix cernas utro modo accipiatur. Hæc admonui, quia maximē ad rem attinet in quibusdā locis nosse hæc. Verūtamē ut ad id redēa, unde maior uenit obscuritas in scripturis, sunt uoces innumere per metaphorā significatēs, cūm uniuersi scriptura metaphoris scateat. Nam haud scio si quod sit nomē, aut uerbū, quod nō interdū metaphorice capiendū esse perspicias. Nō est præsentis instituti

instituti inducere omnia, quod (ut diximus) non tā effet claves dare, quām ipsam uelle uniuersam penē referare scripturā. Illud tamē nō omittā admonere, ut diligenter cōsideretur, an sermo sit metaphorice accipiēdus. Interdū enim res clara est, nōnunquā uerò latet. Si igitur uide ris clare metaphorū esse, illud etiam uide ut congruat metaphora, ne sit expositio torta. uerbi gratia, Certū est quod scripturā nōnulla uocabula, etiā uariè exponūtur iuxta uarias metaphorās, ut per aquas, populos, itē sapientiā et doctrinā, item, tribulations. Ioannes enim dixit: A quæ multæ populi multi. Christus dixit: Qui bibe Apo. 17.
Ioan. 4.
 rit ex aqua quā ego dabo ei, fiet in eo fons aquæ saliētis in uitam eternam. Alius dixit, A quæ multæ non poterunt Cant. 5.
 extinguere charitatem. Et aliis. Saluum me fac Psal. 68.
 Deus, quoniam intrauerunt aquæ usq; ad animam meam. Oportet igitur ut uideat homo quid in quoq; loco magis conueniat, et de ipsis scripturis accipere ueritatem. Sic et terra, metaphorice nunc uno, nunc alio modo accipitur, aut in malā partē pro terrenis hominibus, ut cum serpenti dictum est, Terram comedes omnibus Genet. 3.
 diebus uitæ tuæ. Aliquando solum naturā terrenā significat, ut cum terra pro hominis corde capitū in parabolā, ut dominus declarauit. Possem hæc ipsa etiā multis illustrare exemplis. At hæc puto sapiēti sufficere. Sin dubiū est an sermo metaphoricus sit, quia ita erratur in accipiendo quasi figuratē, quod nō est figuratē dictū, si cut ecōuerso. Si quod figuratē dictū est, simpliciter casias, tunc ad quasdam ueluti regulas est recurrendum, ut probes quem potius sensum sequi debeas. Primo igitur iam dixi, quod qui historiam enarrat, non confueat m iiii uit

uit ipse loqui metaphoricè, licet inducat in historia per sonas metaphoricè loquentes. Secundò, uidendū ne unquam aliter animum ad metaphoram uertas, quācum sermo dixerit, id est, propriè & simpliciter acceptus inducat sensum, uel omnino tenuem, uel falso atq; absurdum: alioqui semper sequēda est simplex interpretatio, ut uoces ipsæ porrigunt primò. Quo sit ut euidenter iste nouæ fera (sacramentarios dico) facile expugnētur,
Mat. 26, qui uerba illa Domini: Hoc est corpus meum, non simpliciter accipiunt, sed quasi figuratè & metaphoricè dīta esse uolunt de communi pane, in quo significari Christum uolunt. Cum enim simpliciter accepta, nihil absurdum, nihil falsi, nihil tenuis, habeant, sed (quod uerissimum est & admirandum) angelis & nobis salutiferum, non satis cerno an magis impic quām stulte ad metaphoram, & figuratam locutionem se conuertant. Certe id oneris sibi sumunt probandum, non aliter posse rectè intelligi propter iam datam regulam, id est, non esse accipientiū metaphoricè, quod alijs potest absq; absurdo prima significacione quam uerba porrigunt, interpretari. Terzio considerandum, si sensus metaphoricus qui eruitur, ipse probabilis alioquin fuerit, & non à scripturis alibi reprobatus, aut doctorum sanctorū autoritate, aut diuinitu uisu & consuetudine Ecclesiæ sanctæ, que meritò optima est diuinorum uerborum, & legum interpres. Deniq; si non sit expressa euidentiè ipsius Ecclesiæ determinatione reprehensus. Que omnia in proposito ad uersus istos nouos fatuos, & malignos contingere facile uideas, si oculos & tu lector non amististi cum illis.

DE Amphibolia uero que circa orationē cōsistit, que
de

de Grammatices arte licet accipere, non admonebo, nisi quòd illud obseruari uelim, ne importunè distinctio per puncta falsa admittatur, quod quidam sine causa conati sunt. uerbi gratia. Quod legimus: plenum gratiæ & ueritatis. quidam mutato puncto referunt ad Ioannem importunè ualde. Item quod Paulus dixit, Ex quibus est Rom. 9, Christus secundum carnem, qui est super omnia Deus benedictus in secula. Erasmus (citabo enim illum hoc in loco libenter, ex nomine) mutatis punctis corrupit sensum, ne Christus intelligatur hic dictus Deus. Quod et multis alijs locis aequè impie conatus est, ut imperite et inepte. Habet & quilibet lingua tropos suos, quos bonum esset prenosse, ut proprietatem sermonū agnosce remus. Verum quia hæc mihi in particulari non sunt satis nota (ut uerum fatcar) quamquam nonnulla mihi uideor deprehendisse.

S V N T qui in Paulo inabsolutas quasdam orationes coarguant, ut cum dicit: Sicut per unius delictum in omnes homines in condemnationem, ita & per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem uitæ. Hic enim deesse uerbum manifestum est, & hoc ascribunt imperitiæ Pauli, in sermone temerè iudicantes. Cur enim non id potius egreditur consultò, atq; ob aliam causam, ut Origenes rectè sensit? Ego enim (salua sit tamen semper ueritas) aliam huius rei causam & certam consideraui, quam tamen reddere non est huius loci. Illud hic admonuisse sit satis, minus esse credibile, non succurrisse Paulo uerbum ad explendam sententiam, quod isti expositorum tam facile supplent, non enim erat reconditum. Alibi quoq; ubi legitur, Quod si Deus uolens ostendere irā, Ibide, 9, & notam

& notam facere potentiam suam, &c. defectus est orationis inquietum. At hic facile subaudiri poterat quod omisit stomacho, uerbigratia. Quid ad teaut quid tale durius: sicut in Poëta quodam inuenis stomachosè,

Teretius. Ego ne illamque illumque meaque non&c. Cur ergo idem uitio dabitur Paulo, de quo poëta non solum non accusatur, sed commendatur, quod in hac figura impetum cordis magis expresserit? Sunt & qui iniuria il-

Rom. 8. lum notat, ubi legitur. Nam quod impossibile erat legi, in quo infirmabatur per carnem, &c. Si enim ita constructionem ordines. Nam Deus filium suum mittens, &c. & accipias interiectum per parentes in totū hoc (quod impossibile erat legi in quo infirmabatur per carnem) nihil erit incommodi in sermone. Sed quia se penumero sumus ad reprehendendum promptuli potius quam ad defendendum, id frequentissime accidit, ut videamus quomodo accusari quid posset, non quo modo excusari, edociti magis formulam actionis exprimere, quam vim exceptionis presentire. Alibi etiam no-

Rom. 7. tatur, ubi ait: Inuenio igitur legem mihi uolenti facere bonum, &c. Hic aliquid nonnulli desiderant,

quo sermo planior fiat. Quod si græcum sermonem inspicias, ubi legis ἀπίστως ἀπέτοι νόμον & certam legem significari accipias, id est, peccati legem, nibil incommodi feret sermo, sicut & alibi uirtus peccati, lex. Nam illa lex quæ imperat & non adiuuat, ut erat lex Moyseos, peccati uires auget. Item ubi legitur: De quibus autem scriptistis mihi, Bonum est homini mulierem non tangere, &c. etiam desiderant quidam morosuli expressum, quod rectius omissum

*Iad. Co
tinth. 7.*

omissum est, cum & hic facile subaudiri potest uel à studio. Non enim est hic infrequens color etiam apud benè latinos, ut uel ipse censor fatetur. Verum morari piget ulterius in huiusmodi pro Pauli defensione, ad quod negotium morosuli quidam me traxere nolentem. Neq; mihi quisquam Hieronymum opponat hoc de Paulo pronunciantem: nam aliquando postquam fortius fixit pēdē, ab ista calumnia Paulū ipsem etiā vindicat, ut iam ostē dimis: cui etiam sermonis peritiae tribuit non uulgarem.

S V N T & alia plurima figuratè dicta, non solum metaphorice, uerū & alijs modis, ut ex parte subnotatum est, quæ oportet considerare utrum sit hyperbole, aut ironia, aut parabola, aut enigma, quod habet figuratū sermonem. Quod si uniuersaliter queras, unde sciam an sermo propriè, an uero figuratè sit accipiens? regula in promptu est uera, & omni acceptione digna, quandocunq; elegans et illustris sensus accipi potest à uerbis, iuxta proprietatem acceptis, non esse unquam recurrendum ad figuram. Et quod iam dictum est, qui scribit historiam, non loquitur figuratè, nisi ut communiter ab omnibus capiuntur uoces.

V E N I T & obscuritas in scripturis extra dictio nem nonnullis modis: nonnunquam enim ab ignorance rei omnino. Id autē est dupli modo, & uno quidē, quānuscitur gestū quid aut factum, quod ponitur quasi typus eius quod Spiritus sanctus significari uult. Et idē oporet historias saltē Bibliae habere in promptu: nā psalmos quis poterit intelligere, in quibus gesta penè cunctaque fecit Deus cū populo illo suo, & quæ ille populus cum alijs, quasi nota commemorantur, sine eorum notitiae

Similiter

Similiter tota historia primi, & secundi librorum Samuelis (quos nos dicimus primum, & secundum Regum) ad intellectum presupponuntur. Et prophetæ si militer multa talia gesta commemorant, & in typis futurorum assumuntur. Quare omnis historia Iudicium, & Regum, & quæcumq[ue] in Pentateucho continentur, in promptu haberi debent. Sub hoc etiam modo complector cum rerum proprietas ignoratur, ex quibus elicetur sensus, ut in comparationibus multis qua in scripturis habentur, sicut illud: Descendet sicut pluvia in uellos. Itē. Sicut aqua effusus sum. Item, Intravit sicut aqua interiora eius, & sicut oleum in oīibus eius. Item, Sicut In Cant. myrra electa. Sicut cedrus libani, & alia huiusmodi qua sunt sine numero. Si quis enim nesciat aquæ proprietatem, qua est dilabi; & olei, qua est uadē penetrare; & myrræ, & cedrorum libani, & uelleris pluviām scipientis, & totum quodam modo imbibentis, non ad modum intelliget dicta. Multum ergo confert ad scripturarum intellectum nosse rerum plurimarum naturas, animalium, plantarum, arborum, lapidum, metallorum, gemmarum, elementorū; & multorum quoq[ue] qua sunt artis, de quibus longum esset tractare, etiam si sciarem, quorū magnā partem ingenuè fateor me ignorare.

ALIO modo procedit obscuritas ex ignoratione mysterij significati per typum, uel quia non succurrerit in promptu quod significatur. Nam ut uerum fatear, intellectus scripturarum sēpenumero est quædam potius agnitio, qua est eius, cuius prius aliqua p̄cecessit quouis modo notitia aut fides, aut eius in quo quidpiam est, cuius tu notitiam habes, unde ibi quodam modo potes recogno

recognoscere quod non sit moua penitus notitiae adepto. Quod ut facilius capias, dixit Dominus: Soluite tē Ioann. 2. pluia hoc, & triduo excitabo illud. Discipuli tūc quād dixit Dominus hēc, non intellexerunt. Quare: Quia nō occurrebat res significata in promptu, quæ erat resurrectio Dominica. Nec enim hic articulus erat illis explicitus: quando autem postmodo rem uiderunt, tūc me mimerunt eius dicti Domini, & agnouerūt quod de corpore suo dixerat, conferentes secum dictum ipsum cum facto, quoniam tribus diebus mansit solutum illud corpus benedictum ab anima, & tertia die excitatum fuit. Et tunc facile fuit intelligere, & tanquam recognoscere, quod suum corpus uocauit Dominus templum Dei, sicut uerē erat. Non enim in manufactis tēplis Deus inhabitat. Et hinc accipere licet quod non norūt Hebrai qui literam tantum sequuntur ex his que de templo illo, quod erat Ierosolimis scripta sunt alia multa mysteria, dum aptantur illa omnia uel ad Christum ipsum caput nostrum, uel ad ipsum Christum mysticū, quod est Ecclesia. Sic enim et nos templum Dei sumus, ut ait Paulus. Ad hanc similiter et illud quod habetur in psalmis, Zelus domus tua comedit me, discipuli nunquam intellecerunt, nisi quād uiderunt impletum, quando uide licet Dominus in zelo sancto domus sue, elecit ementes & uidentes de templo. Conferebant enim secum de mansuetudine Christi, & quād nunquam seipsum defenderat, cum tamen uehementer cōtunelijs affectus esset: unde et sciebant iam scriptum esse de illo, Non contendet, non clamabit, non audiet quisquā in plateis uocem eius.

Ibid. 20.

Actu. 17.

1. ad Corin. 3.

Psal. 68.

Ioann. 2.

Isaiae. 42.

eius. Quòd ergo postea tam indignabundus uideretur, & ira fuccensus, ut sic terribiliter uerberaret eos, etià in tempio ipso Dei, uisum est eis insolens ac notabile: et ideo recordati sunt scripture illius. Quod & fecit pro uidentia spiritus sancti, ne scandalum de factò paterentur. Testatur & euangelista de semetipso quòd resurrectionem tunc creditit, quando tandem intrauit monumetum, & uidit linteamina posita, & sudarium ibi separatum à linteaminibus (qua non sine mysterio dicuntur) & adiecit quòd prius non credebat, quia nesciebant scripturam quòd oporteret Christum à mortuis resurgere. Sed quare scripturam nesciebant, nisi quia quod ibi de resurrectione continebatur, magnus erat articulus, & creditu difficultis. Et ideo cù non recepissent illum, non poterant illud agnoscere in scripturis, quod nec fide receperant. Quando ergo factum uiderunt, & consonare scripturis, tunc dictum scripturarum agnoverunt. Nam sicut accidit quòd ex figura benè apprehensa, agnoscimus quod postea nobis obijcitur in ea figuratum, sic ex ipso figurato prænoto facile accidit, ut ipsam noscamus figurā, quæ postmodò nobis obijcitur, quoniam refert illum quem prænouimus, & sic accidit in scripturis. Que ut et alijs exemplis reddam clariora, scito bone lector (quod cum pace omnium dictum uelim) eum qui non sit persuasus Christum, etiam Adam non peccante, omnino uenturum, non tamen mortalem & corruptibilem, sed in gloria sua & ad glorificacionem nostram, certè multarum sensus scripturarum non posse agnoscere, nec planè capere, quomodo cum in forma dei esset, exinanuerit semetipsum, formam serui acci

ad Phii. 2.

ui accipiens: & quomodo de cœlo descenderit, & quomodo illuc redierit ubi erat prius: & quomodo ipse orat pro gloria quam habuit apud patrem priusquam mundus esset. Et quomodo in eo condita sunt ad Col. 1 uniuersa, & alia multa, quæ non est hic locus enarrandi. Tractavi in proprio libello questionem hanc. Item qui persuasi sunt iam de beatissima uirgine Maria, quòd concepta fuit ab omni labore immunis etiam originalis, hanc certè prærogatiuam in multis sacræ scriptura locis certissimè agnoscat, & plenè intelliget plura quæ in Canticis dicuntur de illa, quam eximiè pulchram & immaculatam proponunt, uel illud quod sponsus de illa canit, Sicut lilyum inter spinas, sic amica mea inter filias. Et alia plurima, quæ ego etiam alio proprio tractatu perstrinxi. Item qui persuaderetur peccatum dialoli ab initio, fuisse inuidiam quam in CH R 18 T V M illi reuelatum à Deo in cœlis, & in nostrum genus exercuit, repugnans Deo suo cum magno malo, ut sancti & antiqui doctores nonnulli dixerunt, Cyprianus, Basilius, & nouissimè Bernardus, de qua re ego etiam libellum composui, quam bellè instructi essent ut etiam plurima scripturarum loca inoffenso pede percurrerent, & in prophetis, & in Apocalypsi, & alibi. Aperi rem adhucies alia quædam, nisi quòd uideo non omnium esse scientiam, & prudentia esse non effundere continuò omnia: ac simul metuere non solum à duris et tardis corde ad credendum, ut sumus omnes, uerum etiam à canibus, ne conuersti dilacerent Margaritas. Scimus enim habere infestos illos, qui semen illius sunt cui dictum est, inimicitias ponam inter te & mulierem. Gene. 3, Deniq;

Eccle. 3. Deniq; omnia tempus suum habent, nunc satis erit su-
perq;satis, si ea, ad quæ iam peruenimus, defendamus à
dentibus perfidorum. Adhuc occurunt & nonnum
quam pleraq; in varijs scripturæ locis, quæ uidetur nō
confitere, sed sibi nūcem aduersari. Quid cum acci-
dit, primum eo firmiter accepto quod scriptura diuina
nullum potest contimere mendacium, & satis explora-
to, quod textus non sit corruptus aut perperam trans-
latus, quoniam sic constanter ubiq; legitur (quod ante
omnia debes considerare) tunc ad ueræ oppositionis re-
gulam animaduertere debes, ut quidnā ad ueram cōtra-
dictionem exigitur in promptu habeas: exigitur enim
ut idem quod in utraq; parte contradictionis dicatur,
in altera quidem affirmatiue, & in altera negatiue: &
quod id quod dicitur, etiam de eodem dicatur, nec id sa-
tis, sed secundum idem, & eodem tempore, quorum cū
unum deest, non erit contradic̄cio. Quæ ut exemplis illu-
ad He. 7. strem: habes de Melchisedech apud Paulum, quod erat
sine patre & sine matre, in scriptura autē habes, quod
erat sacerdos. Nullus autem sacerdos si non est homo,
esse potest, ut idem Paulus docet. Nullus autem homo
sine patre & matre, præter primos homines, & Chri-
stum qui non habuit patrem secundum carnem. Quomo-
do hæc contradictione igitur soluetur, nisi considerando
quod non idem revera, dicitur, secundum uerum Pauli
sensum? Nō enim Paulus intellexit simpliciter, quod ille
esset sine patre & matre, sed quod in scripturis erat si-
ne patre & matre, id est, scripture, propter myste-
rium (ut in illo potius intelligeretur Christus) non fece-
runt ullam eius in ulla genealogia, aut patris eius aut
matris

matris mentionem. Et sic uides non esse contradictionem,
quia nō est idem dictum de Melchisedech in una, quod
sine patre & matre esset, & in altera quod patris &
matris eius non meminerit scriptura. Illud enim filium,
hoc autem uerum, ut ostenderetur in illo alium signifi-
cari sacerdotem. Et idè errarunt qui ut contradictionem
evidenter effugerent negauerunt eum esse homi-
nem, sed dixerunt quidam esse angelum, alij spiritum san-
ctum. Sed hoc obiter te conturbat puto, quod ut signifi-
caretur Christus, non recte uidetur sine patre & sine
matre debuisse describi. Nam manifestè Christus habuit
matrem, ac similiter putatium patrem. Quo in loco mi-
ras scripture & subtilissima consideratio est attendenda;
nā Christus in Melchisedech figuratus est, ut sacerdos
& pontifex, in sacerdote & pontifice illo. Porro ut sa-
cerdos & pontifex, non ex matre accepit, nec ex patre
homine: sed ex patre Deo solum, ut talis esset etiam pro
matre, & pro omnibus suis patribus. Vnde non sine con-
sideratione ista dominus induxit phariseos, qui dixerat
Christum filium David, quasi rem opositam, quod ipse
David uocauit eum dominum. Ideò nunquam Christus
legitur uirginem uocasse matrem: quod nec uocat my-
sterio hoc, sed solum mulierē. Et ut mulierem respexit,
et in nuptijs quando mutauit aquam in uinum, præparans
materiam sacrificij, & in cruce, quando ut sacerdos i-
psum sacrificium sumnum obtulit, uerum panem, & ue-
rum uinum, id est, carnem suam & sanguinem suum.
Hoc autem, non ut negaret eam esse matrem, sed quod
in his operibus ipse ut maior, ut uir, ut sacerdos non
agnoscebat eam in matrem, sed ut mulierem. Ideò in nu-
ptijs

Ioan.2. ptijs dixit ei: Quid tibi & mibi est mulier? Verum hæc ampliore tractatu & diligentiore declaracione indiget, presertim apud eos qui non sunt in literis sacris multū uersati. Hic autem obiit mibi exciderunt, ut lectori anxiō satisfacerem qui modo capere potest, quoniā ab alijs nō satis video remoueri scrupulum ad quietem. Ad hæc quod apud Matthæum & Lucā dominus discipulis probabit usum calceamentorum, non est illi contrariū quod apud Marcum habetur, ubi cōcedit eis sandalia: nō enim idem sunt calceamēta, & sandalia, licet id quidā nouima gistrī non animaduerterint, & errauerūt. Ad hæc quod Lucas narrat in Pauli conuersione, quod uiri qui comitabantur eum stabant stupefacti, audiētes quidem uocem, neminem autē uidentes, non est illi contrariū quod ipse met Paulus alibi hoc factū narrans ait, Lumen quidem uiderunt, & exterriti sunt, uocem eius nō audierunt qui loquebatur mecum. Non enim est idem dictum, quia Lucas de uoce Pauli sensit, quam audierunt: Paulus autē de uoce Christi expreſſit. Sed hoc iuxta aliorū interpretū expositionē. Mibi autem uerius uidetur, quod & de uoce Christi intelligatur quod Lucas dixit, quod audierūt eam: nam de uoce Pauli quid mirū quod audiuerint, quē & uidebant? Dices enim, uocem quidem audientes, nemini autem uidentes, eius uocem significare uidetur (nisi proteruire uelimus) qui loquens non uidebatur: nam sic etiam prædixerat, quod ipse Paulus audiuit ipsam uocē dicentem sibi, &c. De qua cosequenter uoce subinde dicit: viri autem illi stabant stupefacti audientes quidē uocem, nemini autē uidentes. In hoc enim stupor est, quod uocem audirent, loquentē autē non uiderent. Itaq; aliter resolutur cōtradictio hæc apparens, eō quod licet uocē

quidem audirēt (ut ait Lucas) nō tamē cum intellectu, & quod effet Christi uox: ideō non dixit simpliciter, quod nō audierūt uocē, sed eū hoc adiuncto (Eius qui loquebatur mecum) fortè enim sonū tantū, nō distincta uerba: aut si etiā uerba, nō sensu tamē acceperunt, quod est propriè audire, scilicet, cū acceptiōne uerborū iūgitur intellectus. Itaq; eruditius locutus est Paulus in cōcione, ut oportebat, quā Lucas in simplici narratione historiæ. Ad hæc & quod Marcus narrat Christū hora tertia crucifixū, nō est oppositū alijs, qui dixerunt hora sexta: quia Marcus decretū & sententiā crucifixionis significauit, alij executionē: & sic nō idē est dictū. Neq; oportet hīc putare mendū scripturæ, ut quidā nimis incōfultō, quā quā etiā aliter poterat euitari cōtradictio. Et hæc satis ut subtilitatē dispicias, an uerē dictū sit idē in utraq; parte cōtradictionis. Cōperies enim nō idē esse, resolues multa que uidetur primi facie opposita, ut de sortibus misfis super uestibū dñi, et alijs plurimis quæ nō succurrūt modo. Quod si oīo idē dictū esse uidetur, tūc cōsideran dū an uerē de eodē sit dictū: nō enim quia Zorobabel dicitur filius Salatiel, opponitur ei quod alibi legitur filius Phadaiae, nō enim de eodē Zorobabel dicebātur. Quod si dictū idē, & de eodē deprehēderis, considerabis quod nō secundū idē, aut eodē tēpore sit intelligēdū, uerbi gratia: Prohibet dñs apud Matthæū et Lucā portari uirgā, id autē apud Marcū cōcedit, resoluitur, quia duplex est usus uirge: & ad defensionē, & secundū hoc prohibetur portari, & ad sustentationem & iuuamen corporis, & itineris, & secundū hoc conceditur, & ita uidetis quod non est secundū idem. Deniq; quod Paulus ait,

n̄ iū quod

Paul. ad quod in arca testamenti erat urna habens manna, et uirg.
Hebr. 9, 3, Reg. 8, gā Aaron, nō opponitur ei quod legitur in lib. Regum,
quod in arca non erant nisi tabula lapidea: quia non se-
cundum idem tempus hec dicuntur. Scriptura enim nar-
rat quod non erant ibi nisi due tabulae eo tempore, quo
Salomon dedicauit templum. Paulus autem intellexit il-
lud in tempore peregrinationis, quando illuc fuerunt re-
condita, et urna cum manna, et uirga Aaron que fron-
duerat: que res etiam non uacat mysterio. Quapropter
non me puto sine causa succensum fuisse ijs, qui huius
apparentis contradictionis causa, in eam audaciam ad-
ducti sunt (ne quid grauius loquar ut rei indignitas po-
stularet) ut reprehenderent, autorem illius Epistolæ ad
Hebreos, id est, sacram scripturam, et uelint nolint ma-
ligni, Beatum Paulū Apostolum. Et quasi hoc nihil sit,
quia multi Christum agnoscunt secundum carnem, iux-
ta ponderatur ab ullo, sed dominus ipse ponderat.

Q V O N I A M uero et de superfluitate à quorum
dam arrogantia, arguuntur scripturæ, quam rem supe-
rius tetigimus, et huic rei per paucis occurremus. Si
enim illud primum constanter retinuerimus quod scri-
ptura à spiritu sancto est, illud consequenter habebimus,
quod nihil habet frustra, aut unum apicem aut iota unū.
Quo circa certissime credendum est, etiam illa quæ mul-
tis uidentur superflua, recondita tamen continere sacra-
menta, ut rectè hoc dixit Origenes de Genealogijs, nam
et ab Augustino et Hieronymo eleganter annotatum
est, ea scripturarum loca, quæ nullam uidentur afferre
doctrinam atq; utilitatem, illa inquam ipsa, seruare ab-
scundita arcana mysteria, quæ Deus reuelare dignatur
cui

cui uult, et nonnulli sua industria ac menditatione, spi-
ritu tacite adiuuante, assēqui ualent. Sic enim sub despe-
cta terra conduntur thesauri, et uiles conchæ pretio-
sas margaritas abscondunt. Neq; enim putadum est mul-
tum in teresse scire peregrinationem filiorum Israël, et
nomina ducum bellatorum, et capita tribuum, aut re-
gum bella, si solum inde historię notitiā capimus. Quid
enī in ijs dignum spiritu sancto, que non aliud quam
nomina uirum et clades, et strages hominum sonare
uidentur? Quid hac parte præstabat hæc historia sacra
prophanis paganorum annalibus? Sed ille demum præ-
clarus de sacris literis fructus, cum de illis ibi narratis
bellis et prælijs agnoscimus bella nostra domestica et
intestina, et à dæmonum insidijs et laqueis, quorum
periculis subiici Ecclesiam oportet, et omnem animam.
Non est enim nobis collectatio tantum aduersus car-
nem et sanguinem, uerum etiam aduersus principatus
et potestates, et aduersus mundi rectores et tenebra-
rum seculi huius. Ibi enim multa præclara discimus de
domo animæ nostræ, et quo pacto uel seruetur uel ex-
pugnetur ab hostibus, ut sciamus et ipsi nosmetipso
defendere et custodire, typum inde accipientes. Mitto
sensus propheticos, qui ad fidem corroborandam ex eis
dem locis sumuntur, et ad nostram doctrinam, sicut quo
dā in loco docet Isaías Gedeonis bellū in Madian, Chri-
sti bellum in Satanam significasse, ubi legimus, Iugum Isai. 9,
oneris eius, et uirgam humeri eius, et sceptrum exas-
toris eius superasti, sicut in die Madian. Neq; uero ar-
bitretur quisquam, cum Paulus prohibet genealogijs
intendi interminatis, de illis sensisse quæ in scripturis
n iii sanctis

sanc̄tis contextuntur. Alioqui cur ipse illis intendisset, qui cum CHRISTVM pontificem maternum in rege Melchisedech tā graphicē figuratum nobis declarat, argumentum sumit à genealogia. Et certe non nisi magna doctrina capitur uel à duabus genealogijs, quas in nouo legimus testamento de CHRISTO, id est, illa ubi secundum carnem describitur, qua ipse de Matt. 1. scendit apud Matth̄eum, & illa qua nos per ipsum qui descendit ascendimus apud Lucam. Sed non est locus aperiendi omnia, satis est dare occasionem sapienti. Sic enim ex de genealogijs ueteris testamenti ab ape sedula, multi ex lectissimi flores reponi possunt.

Q V O D uero Battologia illa ex Daniele accepta, uideatur creari fasti: iū toties idem repetitum audienti, non scripturæ uitio dandum est, quæ rem narrat ut gesta est, sed uitio gentis illius inflata, & inanis cuius tumorem & superfluitatem suis ipsorum uerbis scriptura curauit exprimere. Ob hoc enim narratum est eo modo superfluis & inanibus uerbis illis, inflati stultiq; regis edictum: ut sic mirificè uana ex fastidiosa superfluitas, superbaq; ostentatio et regis ex gentis in illo præconio describeretur, scilicet, illis tam saepe repetitis usq; ad naufragium uocibus, Tube, Fistule, Cithara, Sambuca, Psalterij, Symphonie, & omnis generis musicorum. Non est igitur uinitas & Battologia in scriptura, quæ mores hominum (quos prodit) & lingua nobis indicat, enarrando: sed in illis est, quorum etiam erant ea uerba tam superflua. A iunt enim eruditi in eorum lingua, sic esse illos in omni sermone superfluos. Sic ex Battii uitium battologi dicentis,

Sub

Sub montibus illis, et erant sub montibus illis, nō est Mercurio ascribēdū, qui derisionis gratia imitatus, illū non solū absq; uitio uitii hominis, sed eleganter exp̄r̄bit dicens: Et me mihi perfide perdis, me mibi perdis, &c. Nec itē poēta uitio ascribetur, quod utriusq; battolo iam periucūdē ac nimis graphicē descrips̄erit. Sic igitur in re proposita nec ipsi scripturæ est imputandū, quæ me rito ḡtis uitium traduxit, quāquam & illud cogitari in scriptura ista uelim, quod illa musicorum instrumentorum nomina, non uacant mysterio, ut quæ nos doceat quo pacto in uanitates idololatriæ per dæmonum inflationes, ueluti uarios & innanes sonitus, concitamus.

N O N superfluum arbitror propria quedam indicare, quæ prænoscit postulat Euangelica narratio ad sui profundiorem intellectum. Quia enim omnis doctrina traditur nobis in Christo, non solum docendo uerbo, uerum etiam facto & exemplo, ideo oportet primū quam diligentissime speculari omnia gesta eius, & quæcunq; de illo sunt. Item quicquid tradidit, & primum hoc est putandum quod ipse typum gesit totius mundi, ut sic se habuerit mundus secundum etates suas iam transactus, sicut se habuit Christus in suis etatibus. Primum enim quasi in utero Christus cum illo, deinde nascitur, tū circunciditur octauo die, postremo presentatur in templo, & adhuc sub actoribus est subditus patri & matri, donec duodenis ex parte cœpit se ostendere, atq; à seipso pēdere, nō omnino tñ atq; aperte donec baptizatur, et mittit manū ad fortia, & moritur, et resurgit. Talis mundus, qualis unus homo in Christo, considerādus est: primò tanquā in utero existēs ualde parvus usq; ad

Luc. 1. &c
2.

ad Gal. 4

Gen. per
totum,

n. iiiij Noč.

Noë, tum prodit infans usq; ad Abraham, & circuncidatur, & nomen accipit salutare, & sub patre & matre curatus saluatur ipse tunc, sed in AEgyptum mox truditur ut fugiat Herodis furorem, donec crescere ualde incipiens à Pharaone AEgyptiorum rege, hic est diaabolus, dirè incipit premi: & tunc reuocatur ipse ab AEgypto, ne fiat idololatra, & reuertitur Nazareth: ipse Nazareus: id est, floridus, qui spargebat interim odorem, adhuc tamen sub patre & matre subiectus, & obediens illis. Talis erat populus olim antiquus à Pharaone eruptus, & sub lege constitutus: & custoditus, donec etiam uenit in terram promissam magis crescit, ut possit recipere propheticos sermones, & in templo & synagogis differere. Et hic est ille I E S V S in ueritate, de quo dicitur, quod crescebat etate, sapientia, & gratia, coram Deo & hominibus, donec tandem uenit ad baptismum, & ad legem perfectam, &c. Hæc hactenus indicasse sufficiat: perspicax lector cetera poterit ex seipso facile indagare.

S E C V N D O autem consideretur, quod ferè quodcumq; de ipso I E S V dicitur, quod faciebat iuxta literam & carnem, est signum alterius quod faciebat iuxta spiritum, aut facturus erat. uerbi gratia: Ambulabat secus mare Galileæ, id facit aſſiduè spirituæ liter, dum spatia huius mundi peragrat multis modis, ut afferat salutem. Donec enim sumus nos uatores, ipse quoq; nobiscum uiator & comes ambulat. Item cum Iudeæ in Galileam ſepe fugiebat, & ibat, hoc significabat quod relicturus erat Iudeos, et uenturus ad gentes. Deniq; totus Christi cursus, et discursus secundum

Secundum literam, habet iuxta spiritum intellectum. Sic curabat ægritudines animæ & spirituales, & curat & curabit aſſiduè usq; ad consummationem ſeculi, ut curabat illas corporis. Sic ejicit demona ab animabus hominū, & illa quidem uaria, quoniam uariè torquent & abducunt homines à salute in uarias concupiscentias, & inſanias, ut olim ejiciebat à corporibus illa. Sic & mortuos excitat, & cæcos illuminat, et ſurdis aures aperit, & multis facilitatem linguae præstat. Sic & in sabbato etiam nunc ista facit, quia uult benefacere. Non enim ſabbatum hoc, eft ad ocium, ne fiat in ſabbato bonum cura tionis. Veniet aliud ſabbatum, quando quiescet omnino. Oportet igitur & ſcientiam morborum aliquam habere ad intellectu spiritualem, quia in diuerſis morbis, diuerſa etiā uitia ſignificantur. Sunt enim ſicut corporis morbi quidam, ita ex animæ, ut hydroptifis, & paralyſis, & febris, & ſeminis fluxus, & manus ariditas, & huicmo di: ſicut & muti et ſurdi & cæci spiritualiter intelliguntur, quemadmodum corporaliter. Notitia autem horum morborum ſecundum corpus, præbet intelligentiam eorum quæ ſunt ſecundum animam, quoniam analogiam habent, et (ut uerū fatear) longè magis in his geſtis ipfe spiritualis, quam historicus ſensus a ſpiritu ſancto intenditur: ut facile iudicant ſpirituales oculi.

C I R C A domini uero dicta, tota Christi doctrina, quæ in uerbo eius conſiftit, diſtingui potest in legem ſiue precepta ac mandata, aut in promiſſiones, aut in horationem per sermones, ac parabolæ et proverbia, aut in prophetiam, ut de fide ac morib; per hæc omnia inſtitueret hominem. Et quidem circa legislationem conſiderandum

derandum est, quod in omni euangelio unicum mandatum commendat charitatis, cuius regulam se facit, in quo charitas Dei perfecta est erga nos. Ideo dixit. Hoc est praeceptum meum, ut diligatis, sed addit, sicut dilexi vos: quod pauci considerant, quod tamen exponit Dilectus qui ait. In hoc cognovimus charitatem Dei, quoniam ille animam suam pro nobis posuit, et nos debemus pro fratribus animas ponere. Quaecumque ergo dixit dominus in monte, et alibi ubique, ad hoc pertinent unicum mandatum, ut perficiatur. Sic et paupertatem, et luctum, et mititatem precipitat. Oportet autem considerare et circa hoc plura. Et primo quod quedam uniuersaliter statuit ut legislator, perpetuam firmamque legem tradidit, ut quaecumque in monte illo tradidit beatitudinem, et mandatorum. Nam discipulos considerauit tunc ut Christianos, quamquam ex parte ut etiam peculiares discipulos, ut ibi declaro. Quandoque tamen quedam, non ut uniuersaliter seruanda edicit, sed discipulis suis particulariter. Et illa quidem interdum, ut discipulis sequentibus ipsum per viam perfectionis, et sic omnibus conueniunt talibus. Interdum uero ut annunciantibus ac predicantibus uerbum suum, quod dedit illis ut annunciascent. Etenim tunc illis particularia dedit monita, illi officio dispositis conuentientia, quae leguntur apud Matthaeum cap. x. et Luc. cap. ix. et x. et sic ijs qui in hoc munere succedunt, etiam congruunt, non tamen ut exigantur, sed ut comediora esse intelligantur. Nonnunquam et pro tempore quedam edicebat, quae alio tempore remittebat, scilicet ob temporum diuersitatem. Nam tempus quietis aliud fert, quam ferat persequitionis tempus, ut ipsemet ostendit

ostendit apud Luc. cap. 22. ubi permittit ut portent perram, et sarcum, et c. que antea prohibuerat. Oportet et sciire, quod eorumque mandabat, quedam uim precepit habebant, quedam uero consilij, ut illi dixit: Si uis Matt. 19. ad uitam ingredi, seruam mandata. Hoc dictum praeceptum uim habet. Quod uero addit, Si uis perfectus esse, uade, uende omnia quae habes, et c. consilium est, ad quod non cogit, sed proponit quod melius, quodque perfectius. Si cut alibi ait, Sunt Eunuchi, et c. Et post subdit, Qui potest capere capiat. Est et interdum in modum mandati, quod solum licentia est, ut est illud. Edite quae appeti ponuntur uobis. Et si qua talia. Nec illud latere quemquam bonum est, quod quedam Dominus tanquam intelligentibus locutus est figurate, non ut quod uerba primo auditu sonabant caperetur, sed aliud quiddam per illud. uerbi gratia. Si quis te percusserit in unam mat. 5. xillam, prebe ei et alteram. Non sic accipendum est ad literam, ut id factio fiat, sed sic ut saltem fiat in animi preparatione, id est, ut talem se formet homo, ut quantum ad se pertinet, si sit opus, etiam hoc faciat. et ad eundem modum alia huiusmodi intelligenda sunt. Non enim unquam id fecisse dominum aut eius discipulos legimus: nec est (ni fallor) de quouis sanctorum illa huiusmodi facti attestatio authenticata: uix enim potest contingere ut hanc rem postulet Euangeli causa, uel promoto. Sic et alibi cum prohibet salutationem in uia habenti munus predicationis, non humanum officium prohibet, sed ut in eius rei prohibitione, intelligamus quod oporteat hominem uerbo Dei annunciando addictum, ab omni quamvis leui cura

& consideratione, esse explicatum, ut totus illi muneri incumbat. Illud quoq; non præter eundum, quod etiam cum quedam generaliter mandat Dominus. uerbi gratia, de renunciatione omnium quæ possidentur, quod uidetur interdum exigere ab omnibus, non uno modo intelligendum, sed uarie & pro statu uario: nam qui statu perfectionis aggressi sunt, id facere tenentur non animo tantum, sed etiam effectu: ceteri effectu tantum, ut sic dispositi sint ut iubente Domino faciant, aut cum forte uenient ad eam calamitatem, ferant amore Christi.

CIRCA promissiones uero consideranda sunt nonnulla, quod quæcumq; promisit, propter ecclesiæ bonum promisit et eatenus sunt intelligenda, quatenus necessitas, id exigat, et eo modo qui sit conueniens. uerbi gratia,

Ioan. 14. Promisit spiritu sanctum doctorum discipulos suos omnia. Non intelligitur hoc, quod omnia penitus docturus esset, sed quæ faciebant ad edificium ecclesiæ, & de his quantum satis erat. Nec intelligitur etiam quod docturus esset singulos omnia, sed collegium illud supremum, unde alij huiusmodi erant doctrinam. Similiter promisit quod signa, eos qui crederent haec sequerentur: in nomine meo dæmonia ejscient, linguis loquentur nouis, &c. Hoc secundam literam uerificantum aliquando fuit, quum necesse erat haec fieri: secundum spiritum uero assidue uerificantur. Circa exhortationes uero, et sermones Domini quodam docet, oportet primò scire circa sententias illum, ut magnum et grauissimum doctorem, locutum esse, id est, formaliter ex natura rerum quod illis conuenit, et non quod ex accidenti atq; extrinsecus aduenit, & sic sapientiæ protulisse sententias. uerbi

Marcii vi timo. gratia

gratia. dixit. Cui minus dimittitur, minus diligit. Hoc Lucæ. 7. non est sic accipiendū, ut sic de facto esse existimemus: nam sunt quidam ita grati, ut, et si minus remissum sit illis, plus tamen diligunt quam alij ingrati, quibus magis dimissum est. Ergo sic intelligendum est dictum. minus diligit, id est, minus diligere tenetur, aut minorē habet causam diligendi. Hunc locum (puto) quia non aduerterunt multi, aberrarunt. Dicit et alias: Omnes quot uenerunt ante me, fuerunt fures & latrones. Hoc certè uerum ex seip sis: quia omnes iniusti fuimus ante Deum, rapientes quod suum erat, quum rapuerunt patres nostri appetentes supra mensuram suam, quod proprium erat deorum. Et hunc locum sic esse interpretandum quidam me docuit, cui & credidi.

A.D. H.A.E.C, obscuriora sunt que in parabolis docuit Dominus. Parabolam autem intelligo, cum quid proponitur ut non tam illud, quam aliud, inde intellegatur ob proportionem, & similitudinem, seu comparisonem. Nam parabola collationem significat: & plerumq; parabola habet aliquid confitum nominibus tacitis, ut ei conferatur, quod uult enarrās persuadere rationabile esse. Quædam tame Domini parabole ueritatem continere creduntur, ut illa de Lazaro et Epulone, Luc. 16. ac similiter illa pharisæi, et publicani. Quod enim uere & 18. illæ fuerint amba narrationes, signum est, quod in altera nomen proprium ponitur alterius persona, que introducitur, scilicet Lazarus: in altera uero testatur Dominus suis uerbis, quod Publicanus discessit iustificatus pre Pharisæo. Sed una est & necessaria ad parabolas recte intelligendas obseruanda consideratio (loquor de conflictis

confictis parabolis, non ijs que habent historiæ ueritatem) ut intelligamus quod quedam ibi proponuntur, non quod ita sint reuera in applicatione ad ueritatem, sed quod ita esse quiclam minus sapientes ex proprio affectu putare possent, qua ideo inducuntur quasi ita sint, ut illa falsa existimatio solidiore ratione amoueatur, ut doceatur quid potius secundum ueram rationem censem

Mat. 20. dum sit. Exempli gratia: Inducuntur in parabola de conductis operarijs quidam ex eis qui plus laborauerunt, murmurates. In his autem subintelliguntur, qui in ratione facienda mercedem accepturi sunt à Deo. At hie reuera minimè murmurabunt. Quare inductum est illud iuxta existimationem nostram, qui sumus praui, et non sani iudicij: qui et iudicamus temerariè sepe iudicia Dei. Videtur enim nobis iuxta humanum calculum, quod plus laborans, etiam plus sit accepturus. Sed hoc in his operis uerum est, que ex sui natura merentur mercedem certam, quia tantum ualent, non in his que non sunt condigne quoquis modo ad mercedem propositam, sed solum ex pacto. Ut igitur hoc intelligatur, et remoueat mala opinio, que nobis ob innatam malitiam posset surrepercere, idcirco parabola illa proposita est. Simile est de fratre altero, qui conqueritur quod prodigus tam benigne receptus sit à patre, inuidiolam quandam ostendit nobis insitam, qui sumus mali, et considerationem nostrorum operum, que ut nostra ponderamus plus æquo non considerantes quod beneficium Dei etiam hoc fuit, posse mereri, et perseverare in meritis. Adhæc plures parabolæ sunt de regno celorum: ubi si non rectè capias

quid

quid sit regnum celorum, non rectè intelliges totam parabolam. Variatur enim significatio uocis huius, sicut uarie introducitur Christus in scripturis. Nam regnum celorum CHRISTVS est. CHRISTVS autem modo capitur pro illa singulari persona, que est caput Ecclesie, modo pro toto corpore propter eundem spiritum. Nam totum corpus, etiam CHRISTVM, scriptura sanctæ uocant. CHRISTVS autem tripliciter consideratur, aut in uia ut viator nobiscum, aut in uie termino ut uictor et iudex, aut deus natus in patria sua ut triumphator. Sic ergo et de regno celorum ponuntur uarie comparationes obseruantibus, uidelicet, quale sit in ingressu, et progressu, et egressu: ac deniq; in patria. Adhæc etiam in uia et progressu hoc regnum consideratum, uarie sese habet, uidelicet, ut incipiens et adolescens, et ut quodam modo in augmento et statu. Sic enim comparatur grano Sina **Mat.** 13. pis, et mulieri abscondenti in fermento sata tria, donec fermentatum est totum. Multum autem prodest huiusmodi consideratio, ne erremus contentiosè in multis, atq; in eo præcipue, in quod filij contentionis impingunt, putantes ea semper conuenire in Ecclesia, etiā adulta, que olim conueniebant, cum esset in cunabulis: sed non omnino eadem est ratio acquirendi, que est conservandi. Oportuit enim fundamentum Ecclesie esse in sanguine, et paupertate multa ab initio, ut sic uirtus appareret diuina cum uideremus in his illum crescere, que potius ex se ad intermissionem faciebant. At ubi crevit, alia ratio coepit esse eius conseruanda. Neq; enim semper martyrio dare sanguinem oportuit in

pace

pace Ecclesiæ & fide propagata, nec oportet semper Deum cogere ad miracula, si alia via id fieri ualeat. Id cirkò sicut facultates Ecclesiæ ego nunquam ualui improbare, ita abusus illarum nunquam probauit nec prohibeo, sed abominor ac detestor. Fuit enim tempus aliquan-

Aetuū. 3. do ut diceret Petrus, Argentum et aurum non est mihi, Quod autem habeo, hoc tibi do. In nomine I E S V surge, et ambula. Nunc e conuerso tempus est, ut qui non habent ut queant dicere surge ex ambula, habeant tamen ut ualeant dicere, Argentum & aurum est mihi. Et hoc tibi do. Quod si id non faciant, peccat quidem et non habent in ueritate (id est) cum fructu, quod illis dedit sanguis Christi: quia ob hoc maximè data sunt illis facultates ex sanguine Christi, ac martyrum collectæ, ut dent & distribuant pauperibus, sicut olim fiebat a pastoribus sanctis. Non autem peccant si claudo rectū gressum non restituat: quia hoc Dei munus est, quod non est omniū. Quod si Petri fuit hoc, non ut Petri fuit (id est) non ut sedētis in cathedra pōtificali: alio qui omnis pōtifex hoc haberet, sed tūc illidatū est, quia sic opus erat ad fidē cōfirmādā, ut cresceret Ecclesia sicut factū est. Modo qui hæc non considerant, falluntur, et quidem perniciosè atq; schismatice. Et gratia Dei non hæc dico, ut qui uelim tueri meam sedem, & meos redditus, qui nihil habeo, et in eo statu sim ubi cū nihil mihi sit, nihil desit tamen: neq; adulationis causa, neq; ut defensor malorum morum et abusuum, qui sunt immanes & horrendissimi, nec unquam negauit, sed amore ueritatis, cuius studio utimam merear id quod solet ueritas parere, ut nemini placeam tandem, quia uerum dico. Displiceo hereticis, quia tueor mai-

statem

statem Dei in proceribus Ecclesiæ, quam Deus posuit, & dico illis. Super cathedram Petri sedent præfules & pontifices. Quæcumq; ergo dicunt uobis, seruate & facite. Displiceā & proceribus, quia detestor mores pestisimos, tanquam illorum qui dicunt, et non faciunt. Vnde & cogor hortari & dicere, quod est in illos contumeliosissimum, Obediamus eorum dictis, eorum autem facta non imitemur. Sed de hoc hactenus. Est & genus alterum parabolæ, cum non quid quasi gestum narratur, sed per modum scientiæ aliquid enunciatur in simili, ut cum dixit Dominus. Nemo mittens manum ad aratum, & respiciens retrò, aptus est regno Dei. Et aliás, Nemo accendit lucernam & ponit eam sub modio, &c. Item, Quis ex uobis patrem petit panem, &c. Item, Quis uestrum habebit amicum, &c. Item, Quis ex uobis habens centum oues, &c. aut, quæ mulier habens decem drachmas, &c. Item, Quis ex uobis uolcs turrim edificare, &c. aut, Quis Rex iterus committere bellū, &c. Hoc genus parabolæ (quo etiam frequenter usus est dominus) non est sine difficultate, primum in cernendo propositum, cui applicanda est parabola, deinde in applicando, ut rectè congruat, nec uideatur frigidè, aut impetè, locutus dominus: nam ego absq; dubio puto immensam contineri sapientiam, atq; prudētiā in huiusmodi, sed nondum satis uidetur deprehensa (ne dicam comprehensa) à pluribus. Propheticè tandem plurima enunciavit dominus, & quedam quidem apertissimè ut de sua morte, & genere mortis, & de reprobatione Iudeorū, ac Gentium uocatione. Quidam uero sub inuolucris, non quidem figurarum ut antiqui prophetæ, sed potius

o parabolæ

parabolarum et enigmatum: et in loco, ita multa simul commiscerat ac tradit, quae diuersis erant futura temporibus, ut nescias distinguere quid cuique tempore
Matt. 24. ri et rei aptetur: ut cum desolationem Hierusalem,
Marc. 13. et in postremis diebus persecutionem Antichristi, si-
Luc. 21. mul cōmemorat. Sed inter cetera, illud primum animad uertendū est, de industria sic subobscurè hēc esse tradita, ut relinquitur et fidei locus, et perfidia. Deinde pro intelligentia, plura sunt consideranda, quod more propheticō non seruat ordinem rerum gerendarum, ut quod primō futurum sit, primō explicet, quo explicato, procedat ad secundum, sed ut placet spiritui quodlibet narrare incipit, et antequam explicet, admiscerat aliud. Ad hēc, et quod post aliquid uenturum predicit, non ita est accipiendum, ut continuo post secuturum esse credatur. Satis autem fuerit hēc innuisse: nam quia hēc à quibusdam veterum non sunt considerata, erratum est proculdubio: quod satis nunc nobis perspectum cōpertumque est, quantum attinet ad iudicij dīcē
 à quo ego puto nos abesse longius quam plurimi arbitrētur. Non enim adhuc impletum credo quod prescriptum est, prædicandum Euangelium in uniuerso mundo. Et hic tandem quod ad secundam clauimur attinet acquiesco.

Ex accepto clauium vītu, ostenditur certa methodo probatio sensuum qui de scripturis accipiuntur à quo sint spiritu, & hinc plurimæ hæreses, certe capitales deteguntur, atque exhibetur ostētui.



OSTQVA M iam confluimus et dedimus claves ad aperienda sensa uera scripturarum, supereest ut certa quadam methodo monstramus vias, quibus in oppositum itur, uidelicet, ad inuenienda falsa sensa: ut sic ex illa deprehendentes, etiam possimus in promptu reprehendere. Nam ex datis clavibus hēc ipsa methodus, quam desideramus, facile percipitur. Primum igitur à primæ clavis acceptance, quæ habet quod omnis scriptura à Spiritu sancto profecta est, hoc primū accipitur, quod quæcumque scripture interpretatio repugnat intellectui spiritus sancti, falsa est. Et hinc educitur, quod cum repugnat eorum dictis suis scriptis, in quibus fuisse aut esse spiritum sanctum certò scimus, falsa est. Qyoniam uero primum scimus in ipsis scripturis spiritū sanctū esse, hinc habetur primū manifestè, quod quæcumque scripture alicuius interpretatio repugnat alterius alicuius scripture certæ sententiæ, illa interpretatio falsa est. Et ob istam causam oportet in hereticos habere in promptu scripturarum loca, ex quibus ualeat cōfutari. Ego enim existimo nullam esse falsam positionē circa ea que ad fidem attinent, quæ non ualeat per scripturas refelli. Nam omnes hæreses ab ipsis scripturis reprobatae sunt, quāquā interdū difficile sit à scripturis elicere, per quæ illi redarguantur. Sed si scrutaremur et sciremus inde

o ij argumenta

argumenta elicere, mirificè ad hoc opus ille nobis deseruirent. Nam uide quomodo dominus elicuit argumen-
tum in Sadduceos, negantes resurrectionem ut iam ostē-
dimus. Et quomodo probauit alijs necessarium, quòd daretur aliquis filius Dei, qui esset uerè filius, non secun-
dum communem adoptionem, per illud Psal. Ego dixi
dij estis & filii excelsi omnes. Item alibi quòd messias es-
ter uerus Deus, per illud. Dixit dominus domino meo
sede à dextris meis. Vide quomodo afferit probari in
scripturis ueteribus baptismum, quod futurum erat ad
delenda peccata, dum corripit Nicodemum quòd esset
magister in Israël, & hoc ignoraret. Et similiter pro
Eucharistia profert argumenta ex scripturis antiquis,
& psal. & errorem ludorum manifestat. Vide quomo-
do etiam obstruit ora dum acclamationem puerorum
improbarent luore pleni, scriptura testimonium indu-
cens in eos. Ex ore infantium & lactentium perfecisti
laudem. Apostoli de uarijs scripturarum locis, argumen-
tis tamen inde confessis, probarūt Christi resurrectio-
nem. Similiter & aduentum spiritus sancti. Item cessa-
tionem legatum, non nisi à scripturis obtinuerunt. De-
niq; (ut iam dixi) nihil est prorsus ad fidē attinens, quod
à scripturis non accipiat testimonium. Et hæc est uia in
hæreticos elegans. Nam ipsi cætera testimonia floccifi-
ciunt: fingunt enim se in solis scripturis inniti, sed tergi-
uersantes conantur peruertere sensa, & germanas ea-
rum interpretationes. Verum apud eos qui animi & qui-
tatem non amiserunt, & iudicium habent, ostendunt fa-
cile, quòd succumbunt, & quomodo à catholicis sem-
per superati sunt, scilicet, his armis scripturarū. Verum
quoniam

Psal. 81.

Psal. 109

quoniā apud infirmos & imperitos & carnales, quorū
infinitus est numerus, ipsis semper proteruentibus, &
nullorū autoritatē cedētibus, nō esset res unquā satis cla-
ra. Ideo oportet aliunde petere testimoniū spiritus, uide
licet, ab Ecclesia, quotiescūq; res (de qua cōtēditur) ali-
ter euincī nō potest. Nā si Ecclesia quidpiā determina-
uit eius oppositū, quod ab hæreticis per scripturas asse-
ritur, aut ex ian determinatis id eidēter colligitur, ma-
nifestū est quòd hæreticorū interpretatio ab ipso spiri-
tu redarguitur: quoniā spiritus sanctus in huiusmodi iu-
dicijs assit Ecclesia proculdubio, quoniā et hoc à scri-
pturarū testimonio accipitur, quibus illi fidē se habere
cōfingūt. Sed hoc loco, altero duoru effugio ipsis elabi-
conātur. Et unū est, manifesta proteruia & cōtumacia.
Dicunt enim quòd que ipsi afferūt, certa sunt et euidē-
tia à scripturis. Quare et si Angelus de celo aliud affer-
ret, nō esset audiēdus. Nā scripturarū se habere iudiciū
semel aiunt, nec se aliud expectare debere. Quæ quoniā
ad eō stulta sunt, ac suismet ipsis tenebris falsitatis à luce
ipsa distatia, cū nihil prorsus coloris uel in superficie ge-
rat, sed superbiā insigne, & arrogatiā, digna quidē es-
sent prorsus omitti, et hic philosophi prudētiā imitari,
qui de quouis quod temerē proferatur, prudentē solici-
taris superuacuū esse existimat. Verum quia et hinc, id
est, ex tractatione horū inopinabiliū sāpe ueritas magis
elucet, quoniā et de principijs etiā sermo et disputatio
habetur, ut utcūq; ostētetur proteruia, et appareat quòd
deducātur, per se manifesta negātes, idcirco hoc in loco
parūper morabor. Atū ergo scripturas esse peruias, et
faciles omnibus. Cur igitur ipsi soli intelligūt, et reliqua

o iii Ecclesia

Ecclesia hallucinatur: imò etiā tot sancti uiri cæcutive-
rūt, qui cōstater docēt in ipsis? Non ne hic necesse ha-
bet profiteri, se solos nūc demū habere oculos, reliquos
prositus omnes excæcatos esse, et fuisse? Nūquid nō hoc
prīmū certissimū, quo se prodūt, testimoniu ex ore ipso
rū: sicut et beatus Iob obiecit. Vos ergo soli sapiētes, et
uobiscū morietur sapiētia? Ad hæc, scriptura faciles sūt
et præsertim Pauli Epistola: Quid ergo est quod clavi-
ger nōster Petrus inquit in eis esse quedā difficultia intel-
lectu, quæ indocti et instabiles depravat, sicut et cæte-
ras scripturas, ad suā ipsorū perditionē? Ergo scriptura
faciles, m quibus tot excellētia præclarissimorū desuda-
rūt ingenia, et nihil humanaarū disciplinarū (quod cū il-
lis hac parte, uidelicet, quod pertinet ad sensorū profun-
ditatē et obscuritatē cōferri ualeat inuenisse) se arbitra-
ti sunt: Ecce quot uis prodūt, et seipso ostētui exhi-
bēt, dū tā immānia tāta cū impudētia proferūt.
Ad hæc cū ex opposito dicatur illis, quod scripturæ pa-
lā aduersantur eorū dogmatis, quid quæso respondere
possunt, nisi, ut sunt puerorū litigias scilicet, imò uobis
aduersantur: ut in hūc ludū res redeat, imò sic est, imò
sic nō est, imò sic, imò nō. Quo in loco quid pars illa mē-
dax, et adultera dicet rādē, nisi, seindatur ergo et diui-
natur: uos pte habete, nos alia partē. Verū nō sic erit.
Pulchra in hereti coscōni deratio. Isto enim pacto nō uiueret ueritas, quæ unica est. Salo-
3 . Reg. 3, monis ergo sentētia præualebit, quæ unū filiū reddet ma-
tri sue. Nō uult scindi Christus, sed potius abscondi eos
à se qui cōturbat. Vos autē uosmetipso proditis quod
nō effis uera mater. Si enim effetis uera mater, cōmu-
rētur uiscera uestra super Christo et mēbris eius, scissio
nē cōsiderates et exhorritētes, quā tamē cupitis, et pro-

qua laboratis, et sicut Iudas cōquerimini de pauperibus, 10^{an.}, 18
quasi ad uos ptingeat causa pauperū, q fures estis, et ad
mactātū et ad pdedū parati atq; expediti, emiſtq; cōma
nipulonē à signifero furū. Sed hæc est illa tunica quæ
scidēta nō est, sed uni est dāda, quæ elegerit Deus sorte,
à qua uosmetipso exclusisti infelices. Ad hæc dicitis
miseri, id scripturā dicere quod uos dicitis: audite ergo
et itelligite si potestis. Rogo uos qd uos docuit hæc esse
scripturā, id est, à Deo inspiratā, et irrefragabilis auto-
ritatis? Nūquid hoc ab hominibus scitis, an à Deo? Si enim
ab hominibus, ergo fides uestra in hominum testimonio
principiū habet. Sim à Deo, sed p cuius os hoc est prodi-
tū, qd uelut à spiritu sancto platū putatis? O miseri, nū
quid nō oportet uos dicere, quod hoc ab Ecclesiæ iudi-
cio accepistis? si tñ etiā scripture creditis, cui uerè non
creditis. Sed interi simulemus et nos ut potē cū hypocri-
tis re agētes, et fateamur uos credere scripturis. Si igi-
tur auditis Ecclesiæ dicēt uobis, hæc est scriptura diuina,
et à spiritu sancto pfecta, et ob hoc ipsum credidistis
et sapiēter, sicut sapiēter Augu. q dixit, Euāgeliō nō cre-
derē, nisi me Ecclesiæ catholica moueret autoritas, cur
etiā hoc nō creditis Ecclesiæ, qñ dixit, hæc est interpreta-
tio eius loci scripture? An nō uanū esset Ecclesiæ sp̄ritus
reuelatiō p̄bare scripturas, de qbus dubitaretur, si nō
etiā ualeret p̄bare fēsus scripturā ueros, de qbus etiā
dubiu uerteretur? Nō ne uim fētis argumēti quo caperis
heretice, quo alligaris, quo stringeris? Nā quamobrem
(quæso) iudiciū datum est Ecclesiæ ad discernendū scri-
pturas sanctas, à nō sanctis, nisi ut habeamus certitudinē
fidei nostræ, quæ in scripturis continetur? Si ergo de ip-
sis scripturarum sensis emerserit dubium, non ne uides
hic frustrari intētum sp̄ritus sancti, si una pars ab ipsis

Nota cō
federatio
nem Chri
stianō ne
cessariam
propter
hereti-
cos.

scripturis eliceret unū tāquā ad fidē pertinēs, alia uero pars oppositū? Qū ergo succursum esset isti casui Dei prouidētia nobis, nīsi sicut Ecclesīa datū est discernerere scripturas, et à nō sanctis secernere sanctas, ita illi ipsi quoq; datū esset discernere sensa scripturarū, et à reprobis proba secernere, ne alioqui frustra habeamus scripturas, quæ nō explicarēt idoneè fidem nostrā? Aut uos aliud iudicium nobis proferte, si potestis, ubi sit huiusmodi agnitiō. Nos enim sic semper ab ipsius Ecclesīa incunabulis seruatū esse cōperimus. Et uos scitis, et cōfessi estis dudū id nobiscū. Itū est enim semper in omni dubio, qd' circa scripturarū intellectū emerit, ad Ecclesīā (id est) ad Ecclesīā p̄ceres, quos Petri cathedrā tenere prospeximus: et inde rē iudicatā, oēs catholici receperunt. Sed ut Ecclesīa perturberis, nūc mutata sentētia, tā constas factū negatis: et ad illud effugiuū recurritis (si modo est effugiuū ullū, in cuius initio statim cōprehēdimini et uanitatis arguimini plusquā manifeste.) Dicitis enim in uobis esse uerā Ecclesīā, scilicet nūc demū ortā cū spiritu illo qui est in uobis, sed ipsa uox Ecclesīa in uos queritur ut in stultos, et insipientes, quæ ait: Deridēt me iniōres tēpore. Ergo tā diu frustrata esset Ecclesīa Dei, à promissione spiritus sancti, si nūc in uobis incēpisset, quē nō de sinu Christi, in mēsa preparatoria crucis, ut ille dilectus, sed in cubiculis de sinu sacrilegarū contrabitis, ubi in medio uestri ludit satā, serpēs, diabolus. Et p̄tura & hāc nūc satis ad uos pro sp̄sā Christi. Nō me latet quæ autoritati solere h̄c à Scholasticis, utrū horū testimoniuū prēpōte. Sēcōdo Scholasticā deret, scilicet an scripture, an Ecclesīā: quā quæstionē laisticā equidē uel nō intelligo, uel iustissimē demiror. Nā tātundem

dē est ac si querat quis: cui magis credēdū est, an spiritui sancto loquēti per os Ecclesīa, an eidē spiritui sancto loquenti in scripturis per literas amanuensum suorum: id est, prophetarum, uel apostolorum. An fortē ignoramus, quōd quæ loquitur Ecclesīa ad fidem modo attinentia, à spiritu accipit? Si enim à spiritu non certò accipieret, non' ne posset errare? Porro quis teneretur credere et accipere tanquam ex fide, cui posset error subesse? Ergo dicitur paris autoritatis esse in huiusmodi et scripturam, et Ecclesīam. Nam ad autoritatem dicti, duo oportet considerare, alterum dictum ipsum, ut sit uerum in se: alterum ut etiam appareat esse uerum. Si enim omnes aequē agnoscerent, quod uerum est: omnē uerum à quo quis prolatum esset eiusdem autoritatis, quia omnis ueritas à spiritu sancto est, ut testatur Augustinus. Et ipsa ueritas sat habet ex seipsa autoritatis, ad persuadendum seipsam noscenti. Quæritur ergo tunc autoritas et testimonium de illa, cum uel incognita est, uel non satis nota ac probata. Tunc igitur testes adhibentur, tunc iudicium desideratur pro ueritate, non ut sit ueritas, quæ iam est, sed ut esse appareat. Quæritur ergo testis, qui illi astipuletur: sed is testis qui mentiri non posset, cū de ueritate illius dicti agitur, quod recipiendū est tanquam à Deo profectū, ut sunt fidei ueritates. Profertur ergo mihi aliquid in scripturis assertū, Credo. Quare id credo: quia id noscā uerū, esse ex ipsa ueritatis luce, quæ seipsam monstrat in dicto ipso. Etiam si scriptum non esset? Non profecto: quod inde facile patet, quia si nunc mihi diceretur aliquid, quod in scripturis continetur, et fideliter sicut ibi habetur, et nescirem

nescirem ego ibi haberi, aut non seruasse memoria.
Gene. 19. uerbi gratia: Quid quām Loth concubuit cum filiabus, duabus noctibus, non sensit concubitum, neq; cum illæ accedebant, neq; quām concumberent, neq; etiam cum recederent, & ex eo tamen illas filios concepisse, fætor non crederem. Ex quo autem dictum est mihi, Scriptura dicit hoc, subito & intrepidè (Deo gratia est) credo. Quare? Certe non ex ipsius dicti luce, et autoritate, sed scripture dicentis. Quid si pergas querere, Quid si hoc alia scriptura diceret. uerbi gratia, Iosephus: Fortè tunc aut crederem omnino falsum, aut dubitarem, aut saltem non immobiliter crederem: sed suspicarer posse esse falsum: sicut ex alia nonnulla, quæ in Iosephi historia à scripturis falsa esse comperi, & annotavi. Non igitur credo illud quod habet scriptura, quia dictum uerum ex se apparebat, neq; quia scriptum sit, sed quia tali scriptura continetur, quæ habet autoritatem irrefragabilem. Sed hæc autoritatem quæso unde? nonquid ab eo qui scripsit, puta quia erat propheta qui scripsit? Sed unde scio illum fuisse prophetam? At spiritus sanctus cum eo loquutus est. Et quid scio etiam hoc, imò unde scio etiam spiritum sanctum esse, ut quidam dicebant? At hoc dicit scriptura sancta. Ludit me, id est enim quod ignoro, uidelicet utrum hæc sit scripta sancta, & tu mihi obijcis illam, quasi parato recipere. Ad hæc & si scierim illum qui scripsit fuisse prophetam, non ne erat homo? non ne omnis homo mendax?
Psal. 115. non ne et falsi sunt prophetæ interdu de proprio loque
2. Reg. 7. tes spiritu? ut Nathā. Eliseus quoq; nō ne dixit: hoc deus
4. Re. 4. celauit à me? Petrus apostolus post tantā spiritus sancti
Actu. 10. gratiam

gratiā, tantaq; dona, non ne putabat adhuc esse cōmune quod nō erat commune, nisi certiore reuelatione fuissest ^{ad Gal. 2,} admonitus? non ne etiā postmodò reprehensus est à Paulo, quod nō ambulabat ad ueritatē Euangeliū, quā nihil minus agnouerat? Deniq; in sua Epistola et ubi constatur quod ipse uidit Christum in mōte sancto, nō ne ipse dixit? Et habemus firmorem propheticum sermo-
^{z. Petri, 1,}
nem, loquens de scriptura ueteri, quomodo uero erat propheticus sermo suo illo sermone firmior? nunquid quia non certe in se uerū esset illud quod proferebat de illa uistione, sicut quodcumq; quod in scriptura ueteri cōtinebatur? Absit. Vnde ergo ille antiquus firmior? An quia non esset Petrus propheta uerax sicut et illi priores? Absit. Nam pro Petro rogatum fuit, ne deficeret fit ^{Luc. 22,} des eius. Quid ergo? Hem hūc tandem uenire oportet, quod tūc iam constabat de scripturis illis antiquis, quod erant uerae & sanctissime ueritatis. Vnde autē id constabat? quia scripserūt illas ille, uel ille, puta David, aut Moses, aut quiuis alius? Minime. Nā et David scele ra grādīa admisit, et Moses à peccatis non omnino fuit immunis. Hoc igitur uelimus nolimus, fateri nos oportet idcirco illas ueteres tūc fuisse autoritatis & firmitatis maioris, quia illæ iā erat probata à Synagoga, et Ecclēsia antiqua, quæ habebat hæc probādi autoritatē, et iam probauerat uel expresso uel tacito iudicio. Hæc uero, quam Petrus scribebat, Epistola nondum erat probata: nec ipse eoipso quid scribebat illam probabat, nec quia constaret ab eo esse scriptā, idcirco probata fuissest, sed neceſſe erat ad p̄bationē manifestā, ad hoc adhibere animaduersionē, et solēnitatē cognitionis. Nō enim sat erat enunciāsse in epistola sic esse, sed oportebat interuenire

Nota
hæc om-
nino.

super iam scripta Epistola cognitionem, et oriri decre-
tum, quo sic esse pronunciaretur, aut saltem recipere-
tur usi diuturno ab uniuersa Ecclesia ut sancta, et ut
catholica scriptura, atq; indubia fidei. Sic enim et mul-
ta scriptura probata sunt diuturno, tacitoq; omnium
Ecclesiarum consensu. Vide igitur quod non idcirco im-
mobiliter credimus illi, uel illi scriptura (si recte sapi-
mus) quia ille uel ille scripsit, quamvis propheta ma-
gnus, uel apostolus, aut patriarcha fuerit, sed quia quod
ille scripsit, probauit Ecclesia, que hac in re habet iudi-
ciū certū, et indeuialibile à ueritate: quoniam spiritus est
in ea, in ijs modò causis que ad fidem pertinent, et ad
Ecclesiam uniuersalem. Itaq; hic persuaderi oportet,
quod erat primò Ecclesia quam scriptura. Quis autem
hac de re dubitare potest? Nam cui scribitur nisi Eccle-
sie, ut informetur de pactis Dei? Ergo prius esse Eccle-
siam oportet supponere, cuius gratia scriptura est, imò
si scriptura probatur ab Ecclesia, quod sit à Deo (ut di-
ximus) oportuit quum prima scriptura fuit, non solum
esse Ecclesiam que probaret, sed etiam esse hoc notum
quod in Ecclesia esset huiusmodi autoritas. Quod si
quis modo rursum querat, unde hoc notum erat Eccle-
siæ nunquid per ipsam scripturam? non ne ridiculum se
præberet? cum iam sit positum nullam fuisse scripturam
que tamen et si poneretur fuisse, nullius fuisse autorita-
tis ante quam probaretur ad persuadendum, quod in
Ecclesia hec esset autoritas. Ergo ecclesia cum primùm
nata est, à Deo immediate ac Dei uoce, hanc se habere
autoritatem cognouit. Fuit enim Ecclesia ab initio in
Adam, et Heua. Ipse enim fuit caput, et illa que ex eo
ædificata

Notavni
uerbi hāc
medita-
tione in+

ædificata est, corpus Ecclesie primitiæ. Et ipse quidem
hoc sensit, et docuit à spiritu ipse edocitus, quum dixit.
Hoc nunc os ex oīibus meis, et caro de carne mea. &c. Gen. 2. 3.
In quibus uerbis et magnum sacramentum contineba-
tur, quod ipse ex revelatione accepit, et commendauit
uxori, et accepit pacum de non comedendo fructum
arboris ueritæ, et hoc commendauit uxori, que et cre-
didit ut patet ex uerbis que dixit illa serpenti. De fru-
ctu ligni quod est in medio paradisi, præcepit nobis
Deus ne comederemus. Hoc à uiro capite ipsa rescivit,
qui fuit tunc, dum uixit, nō solum pater familias, sed etiā
summus sacerdos et pontifex. Sacrificium enim Deo fe-
cisse non est dubitandum. Intellexit enim quod illi dictū
fuit. In sudore uultus tui uesceris pane tuo que uerba (ut
alibi declaro) magnam exigunt interpretationem. Nati
sunt autem illi duo filii, Habel et Cain, et placuit sacri-
ficium Habel Deo, et præcisus est Cain ab Ecclesia, et
habitus pro maledicto Dei. Natus est postea Seth loco
Habel, ex quo Enos, et reformata est atq; inualuit
Ecclesia, quia tunc ceperit inuocari nomen Domini,
inimicorum I E S V Christi. Sic enim nomen Domini
plerumq; sumitur in scripturis. Ceperit autem multipli-
cari paulò post humanum genus, et creuit malitia multis
seculis usq; ad dies Noë: nec tunc erat scripturæ sanctæ.
Venit ira Dei et cataclysmus in omnem terram, et pe-
riit uniuersum quod habebat uitam in terris, seruato
Noë cum filiis et mulieribus eorum, qui Noë cum ex ar-
ca uenire et in terram benedictus est à Deo: et constitu-
tus est caput mundi, et accepit fœdus, et sacrificium ob-
tulit Deo acceptabile summo. Sed Cham peccans in pa-
trem

trem, maledictionem ab eo meruit in progenie sua. Sem autem ex Iaphet manferunt in benedictionibus, sed coepit iterum peccare mundus in Deum, et inducta est uarietas linguarum, et sic processum est usq; ad Melchisedech pontificem, a quo Abraham est benedictus. Et postmodò ueniente crescente idolatria, segregatus est Abraham de Ur Chaldaeoru, et factus est pater futuri populi hebreorum, et illi dedit Deus repromissiones, et semini (quod est Christus) et illius terrae Canaan, de qua tamen nihil unquam possedit, ut meliores sub illa agnosceret promissiones in generatione sua. Ibi eidem dedit fœdus circuncisionis, et ob insignem eius obedientiam iureiurando confirmauit illi pactum de Christo, et constituit eum patrem multarum gentium secundum imitationem fidei, et obedientiae. Et in Isaac productum est pactu, et in Iacob, qui ex Israël, ex extensum est ad patriarchas duodecim Israël. Et hæc fuit quodam modo se cūda ætas ecclesie, quādo coepit ex infantia excedere, ne scies adhuc literas: et ideo nōdū erat scriptura capax, donec crevuit numero ille populus in AEGypto, et datum est illi ductor Moses, et factus est Synagoga, cū nihilo minus etiā esset Ecclesia ille populus. Voco Synagogam, qua parte erat peculiaris populus collectus iuxta carnales promissiones. Voco autē et Ecclesiam, qua parte etiā ad aeterna bona uocatus fuit, sicut et nos, et eductus est de AEGypto in pdigijs, et signis magnis, et transiuit rubrum mare, et factus est peregrinus in deserto, et data est ei ad Gal. 3, interim lex per Moysen, disposita ab angelis, tanquam lac et elemēta prima, ut eruditetur ad euāgeliū: et sic coepit capax esse scriptura, et tūc coepit esse script

scriptura quæ erat et pro Synagoga, et p Ecclesia. Pro Synagoga quidē, secundū ea quæ cōtinebātur in litera, et pmisiones carnis, quia erat puer parvulus Synagoga. Pro Ecclesia uero, id est, ecclesiæ pceribus, secundū ea quæ uidebat, et hauriebat ex spiritu, id est, cœlestes pmisiones etiā sub carnalibus absconditas. O admirabile sapientia Dei: nequeo hic me ab exclamacione cōtineare. Venit postmodò David et Salomo, qui fecerūt libros propheticos psalmorū, et totius sapientiae ac prudētiae, et omnium mysteriorū: qui sunt uehemēter admirabiles, et tūc scripta sunt gesta Regū, admirabilia cōtinētia sacramēta. Venerūt postmodò et alij magni prophete, eruditores populi, et prænūciatores Christi, et legis absconditorū interpres, multorū mysteriorū doctores, modò implicitate atq; umbraticè ppter infirmos et derisores, modò etiā satis explicitè habētibus tamen aures, et oculos audiendi, et uidēdi, ut paulatim magis dociles redderētur in aduentu Christi, qui digni inueniebatur: licet sint ualde pauci inuerti. Interim attexte sunt quedā insignes historiæ, ad doctrinā etiā multorū mysteriorum, ut Esdræ et Neemias, Thobias, Judith, Hester, Iob, et Machabæorum. Nam sapientia et Ecclesiasticus, inter uolumina Salomonis habētur, quæ omnia Sapientiae libri dici possunt, et sic merito ab Ecclesia dicūtur, cō quid liber quidem Sapientiae manifestè Salomonis fuisse uidetur. Ecclesiasticus autē ex his quæ à Salomone, collectus. Postmodò igitur uenit Christus, et oportuit scribi historiā eius, et in illa legē eius nouā, et exactā, et omnino perfectā: Et huic tāto negocio quatuor Euāgelistæ sunt parati, i admirabili quatuor alialii typō, iā oli prænūciati. Scriptæ sūt etiā pticulares epistola à Paulo ad instructionē, et decisionē

multarum questionum, quae tunc emergebant. In quibus Epistolis est tanta doctrina, et tam mirabilis totius Euā gelij interpretatio, et diuinæ prouidentia manifestatio, ut nunquam queam satis et pro dignitate admirari uiri sapientiam, qui iure et merito uas electionis à Domino Aet. 9. uocatus est. Accesserunt et septem illæ Epistole, que Canonica et Catholica merito dicuntur, quæ spiritus sancti doctrinam, quam acceperunt, nobis exhibent tan
Matt. 15. quam ex illis septem sportis, ubi reposita fuerunt sepiè panum reliquie et fragmēta depromptam. Deniq; Apocalypsi clauditur instrumentum hoc, ubi quæ erant futura, et nunc sunt, et adhuc erunt arte mirifica, et humano ingenio abscondita, recunduntur, et signata sunt: et nisi aperiat qui claves habet omnino non intelligibilia sunt, ut ipsam scriptura prænūciat. Sed citò(ni fallor) aperientur multa. Hæc igitur noua tota scriptura, et ipsius Ecclesiae ortus, et progressus. Quæ cuncta ut ad rem propositam deducamus, firmandum est. Quod scriptura Ecclesiae data est ad doctrinam ipsius, sed et ab Ecclesia ipsa, id est, à maioribus, et in quibus constituta erat autoritas, probata sunt nobis. Erat ergo prius noua Christianorum Ecclesia, antequam nouum scribere retur instrumentum, quoniam illi scriebatur, et erat autoritas ibi probandi scripturam, uidelicet, in Petro, Klat. 16. cui datæ erant claves cœlorum et potestas pascendi. Ideo de eo proditum est, quod probauit Euāgeliū Marci Rome, et illud Ecclesie legendum sua autoritate tradidit. Quocirca maioris tunc autoritatis erat Marci Euāgelium, postquam probatum fuit à Petro, quam ipsiusmet Petri Epistola, antequam probaretur uel ab ipsomet

ipsomet Petro, uel à successoribus eius, tanquam certæ et indubia fidei. Non enim(ut iam dictum est) quia scripsit Apostolus, ideò probata est, sed quia probata fuit ab Ecclesia, id est, ab ipso Petro, uel à tenente Petri cathedram, id est, autoritatem habet. Cuius rei signum est, quod et Paulus scripsit alias Epistolas, ut creditibile est, multis: certè primam aliam ad Corinth. et ad Laodicenses, quæ etiam nunc dicitur extare, et ad Senecam, ut multi credunt, et tam non sunt in canonem recepte. Quamobrem ergo nisi quia illas non probauit unquam Ecclesia, tametsi constaret eas esse Pauli. Nam ab initio certò constabat, et tamen nunquam fuerunt in canone, quia quod semel in canonem uenit, ut pars instrumentum Dei, non est dignum ut auferatur, et perdetur. Custodiunt enim homines instrumenta sua in æternum, ut possint. Non hoc igitur faciet Deus de suis qui potest, tametsi negligat ipse homo? Absit insipiens existimatio. Vide igitur quomodo Papa dicente, aut scribente, aut faciente aliquid, non obligamur omnino credere illud recte dictum, aut scriptum, aut factum esse, quoniā potest ei quod dicit, aut scribit, aut facit Papa, etiam ut Papa, subesse error, sicut et errauit corā Gētibis, substrahens se ab illis propter Iudeos, et quasi probans (ut uideri poterat eo facto) cærenonias legis. Ideo subuenit spiritus statim per Paulum corripientem, ne quod quasi probatum ab eo uidebatur facto ipso, faceret praēiudicium ueritati. Et tamen ipse Papa cognoscens, et sedens in cathedra, et decernens atq; determinans quoduis à se, uel ab alio dictum scriptum'ue ad fidē attinens, si ut uerum, ut certum, et ut ab omnibus recipiendum

piendum probauerit, firmissimum proculdubio robur
et autoritatem dabit dicto, aut scripto: ut sic uideas
eandem personam modo fide non dignam, quia sola ap-
paret, modo dignam fide, quia non sola, sed cum Chris-
to et spiritu eius. In determinationibus enim duntaxat,
non in quibuscunq[ue] eorum meditationibus aut factis, ad

Ioan. II. est spiritus sanctus, ut in Caypha prophetante mirificè
ipsa scriptura monstrauit. Et isti nobis opponunt malos
Pontifices ut imperitis imponant, quasi Cayphas non
esset sceleratissimus, qui innocentissimum Christum au-
sus est reū mortis afferere, et de blasphemia, ueritatem
sumnam arguere. Qyo in loco ex aliud tibi secretum

Ioan. 8. scripture pandam. Legis a Christo dictum. Si ego te-
stimoniū perhibeo de meipso, testimonium meum non
est uerum. Et iterum dictū ex opposito per diametrum,

Nota. Et si ego testimonium perhibeo de meipso, testimonium
meum est uerum. Quis hæc rectè intelligat nisi in hanc
cogitationem ueniat, quod Christi testimonium, si illius
personæ fuisset in quantum homo erat, non fuisset uerū
testimonium? Verum autem intelligitur testimonium,
non quod non uerum in se est, sed quod etiam fidem fa-
cit. Sic uerum uocat utrobiq[ue] Dominus, quia nullius ho-
minis, aut personæ testimonium recipitur, si sit solus. Et
ideo illa conditionalis uerissima est. Si ego, uidelicet so-
lus, perhibeo de meipso testimoniu[m], testimonium meum
non est uerum: sed quia non perhibebat solus testimo-
nium de seipso, sed erat cum eo pater non sine spiritu
amborum, idc etiam sepius Christi ipsius hominis te-
stimoniū erat uerum, et apparebat, quia habebat pa-
trem cum spiritu sibi contestificantes. Similiter uerum
erat

erat iudicium suūm, quod utrobiq[ue] locorum ipsemet ma-
nisfetè declarat. Ergo uerum est quod Christo ut homi-
ni sic nudè considerato, non erat credendum, quia solus
sic fuisset, et testimonium cuius non fuisset uerum. At ue-
rò Christo homini ut summo Pontifici tamē, et cui sem-
per aſſtebat pater cum spiritu suo, ut homini Dei per
facto, multis modis contestificantes cum illo, omnino cre-
dendum erat: quia non erat solus, et nunquam fuit so-
lus, id est, in nulla re aut cogitatione dimiſſus a spiritu,
et ideo semper dignus erat fide. Ideo dixit, Sicut docuit
me pater hæc loquor, et qui me misit, mecum est, et nō
reliquit me solum, quia ego qua placita sunt ei facio
semper. Hoc uero de nullo hominū penitus dici potest,
quod ita perfectè cum Deo coniunctam haberet uolu-
tatem, ut aſſiduè id ficeret, id cogitaret, id sentiret,
quod Deo placeret et meritorum effet. Si igitur
hæc distinctio aliquo modo habetur in C H R I S T O,
ut si potuſſet solus esse in dicto aut facto, non ei
fuisset habenda fides, quanto magis in hominibus
ueritatem habeat, in quibus reuera potest cogi-
tari solitudo? Sed aſſtentia diuina certa est in **Nota.**
Pontifice, quando res fidei agitur, et sobrie ri-
teq[ue] ab eo circuſpicitur, et de cathedra dicens,
nō solum dictum enunciat, sed etiam ipsius iudi-
cium dicti decisiuum pronunciat, declarans quod
sic ex fide recipiendum sit. Vnde et discipulus il-
le, una ex columnis Ecclesie, postquam dixit de
seipso ut de alio quodam homine, non tam gratia
humilitatis quam mysterij huius (quod dico) ex pla-
nationis, postquam inquam dixit: Hic est discipulus
Ioan. ult.

p ij ille

ille qui testimonium perhibet de his, uidens quod hominis testimonium suscipiendum non erat, adiecit, quasi alius et pars Ecclesiae (tanquam ille qui sic non erat solus, sed contesticantem habebat Deum et spiritum eius.) Et scimus quia uerum est testimonium eius. Et quia hoc totum probauit Ecclesia, ideo fidelis sermo et omni acceptione dignus. Et per hanc explicatam puto, et ex profundis exacta consideratione declaratam questionem hanc, unde et resolutur omnis fidei nostrae ratio in Ecclesiam, et prouidentiam Dei, tanquam sponsi erga sponsam suam, quam derelinquere in necessariis non potest. Ergo si quis querat, Quare credis scripturas? Respondeo, quia probauit illam Ecclesia. Et si rursum. Quare credis Ecclesiae? Respondeo, quia spiritus sanctus est in ea cum de his loquitur, et non dicam, quia scriptura mihi dicit quod Ecclesia debeo credere (quamquam et hoc habeatur in scriptura) quia esset circulus, et illusoria esset probatio, sicut illa, si est b. est a. si est a. est b. sicut in resolutoriis habetur. Et si quis mihi dicat, quare credis in ecclesia esse spiritum sanctum? Respondeo, quia credo Deum habere prouidentiam sponsa sue. Et si dicat unde scis hanc ecclesiam esse Dei sponsam? Respondeo sensibiliter ex acceptis a patribus nostris hucusque, et ab ipsamet ecclesia, sic a principio ordinata, etiam si nullae fuissent scripturae. Omnis enim notitia intellectus a sensu originem accipit. Nam (ut probauimus) etiam sine scripturis sciebant primi parentes esse ecclesiam iam a Deo electam, hoc sentientes in semetipsis. Ex his ergo omnibus, quia ita persuasum habemus quod in ecclesia est spiritus infallibilis ueritatis, circa illa quae fit dei

Philosophus pri
mo prior
Analiticus

fidei sunt. Nam eius est nos docere quid fidei est, et declarare quod ad fidem pertinet, et quod credere debemus idcirco oportet habere in promptu que iam illa determinauit, ut in multis possimus cauere falsas scripturarum interpretationes, que tamē forte commodius inferius colligemus sub aliqua alia methodo.

TERTIUS accedit testimonium spiritus qui est in sanctis et amicis suis, ijs praesertim quos elegit in ecclesia doctores, atque magistros, et eos maxime quos ipsamet maxime probauit ecclesia. Constat enim ex uite innocentia, sanctitate, miraculis, quod spiritus fuit in illo, sed non simili modo sicut in Christo, ut quaecunq; diceret aut scriberent, tanquam a spiritu sancto profectum accipi oporteat: quos, ut docet diuus Thomas in Quodlibet, et ipsa experientia notissimum est, non nunquam sibi ipsi fuisse derelictos, et secundum proprium spiritum dictasse nulli dubium esse debet, cum saepe inter seipso disidente sententijs, et ferre passim in interpretationibus scripturarum, circa illa maxime quae non definita sunt. Quin interdum nec secum fuisse constantes, sed modo unum, modo aliud sentientes, qui alicuius lectionis fuerit facile de illorum scriptis accipere possunt. Et tamen Nota p nonnulla est eorum autoritas, et tunc validior, quando te sancto simul in idem concordant, et tunc etiam plenior, quando id assertiuē pronunciant. Et tunc plenissima quando id esse ex fide constanter pronunciant, et in hoc pariter concordant: quum enim haec dicunt concorditer, arbitror non esse posse in eis ullum errorem. Alioqui sicut Augustinus in uita et moribus nonnunquam se offendisse ultrò ipsi ni est haec sententia professa sunt, quid miri est, si et in uerbo, et in do-

Gen. 34. *strina similiter hoc ipsum contigerit: quod nec ipsi negarunt. Etenim non penitus liberati erant à maledicto illo, quod in terram cordis eorum latum est, et ait, Spinas et tribulos germinabit tibi. Vnde eleganter illa columna Ecclesiae dixit. In multis offendimus omnes, et.*

Iaco. 3. *Qui non offendit uerbo hic perfectus est. Et ex hoc apparet impudentissima horum nororum hereticorum frons, et illius terrae nigrae (id est) Melanthonis procaciissima, et plena luciferiana arrogantiae et calumniae censura, qua uniuersum sanctorum coetum, et Synodorum etiam uenerabiliter suscipienda placita, ausu uehementer horribili suggillat, relicto liuore à canino dente, et nonnunquam uerenda eorum, ut si Gene. 9. lius Cam maledictus, fratribus patefacit. Sed non audent filii Sem in quibus inuocatum est nomen domini, qui patrem reuereritis, auertens faciem operuit uerenda eius. Nec item filii Iaphet, qui idem fecit: et propterea dilatus est, et manet in tabernaculis, scilicet à maiorum uestigijs non recedens, sicut maledictus Canaan, de cuius progenie sunt isti derisores, quos spiritus sanctus seruos eorum constituit, qui benedictionem ob pietatem acceperunt. Amen.*

Methodus breuis ad agnoscendam quamlibet haereticum.



E R V' M ut omnes sensus et positiones que falsitatem continent, et aduersantur ueritati Spiritus sancti, qui est autor scripturarum, ad unam Maximam, et Dis-

ginitatem

gnitatem resoluti posse, et quasi ad coticulam certò probari ostendam. Audiat quofo Christianus homo hanc dilecti praeclaram uocem, ipsamque cordi reponat, affigat, et meditetur: quoniam (ut scio) solum ad eius recordationem demones exhorrescent, et contremiscunt. Ait Dilectus, Nolite omni spiritui credere: sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam multi Prophetæ exierunt in mundum. Et adiiciens, coticulam ad quam probetur, dixit. In hoc cognoscitur spiritus Dei. Omnis spiritus qui coſtitutus Iesum in carne venisse, ex Deo est; Et omnis spiritus qui soluit Iesum, ex Deo non est, & hic est spiritus Antichristi. Habes coticulam mihi fratrem, fideliem, ad quam certò probare potes spiritus aut ex Deo sunt. Hæc est enim coticula. Qui soluit Iesum Antichristus est. Inspice ergo si quis cum soluat, et probasti: Iesus enim mirifico et uario nexu cum omnibus coniunctus est, ut ipse sit quodam modo onus.

ET primum quidem nexus habet Iesus cum Deo patre suo sempiterno, secundum substantiam et naturam. Quicunque ergo aliud à patre, natura et essentia illum predicit esse, et puram creaturam, aut exordium à Maria sumpsisse, et ideo non uerum Deum esse, ut Cerinthius Arrius Fotinus et alij multi, soluit eum à patre suo in nexu maximo: et ideo Antichristus est. Et quicunque confundit personam eius cum persona patris, dicens unam eandemque personam esse patrem et filium, ut stultissime Sabellius, et Noëtius, soluit IESVM: in modo destruit, et annihilat non solum filium, sed et patrem. Et quicunque plurificat in eis que sunt naturæ, ut est intellectus et sapientia,

p. iiiij uoluntas,

¹Ioan. 40

uoluntas, bonitas, potentia, & quicquid est aliud diuine illius & simplicissimae essentiae, ut Marcion, et qui Troitae uocati sunt, scientes tres Deos, soluit Iesum: quoniam unum est cum patre secundum individualitatem natu-

Ioan. 10. ram. Ipse enim (inquit) Ego et pater unum sumus. Ergo quicunq; dissimilitudinem ullam ut Eunomius, aut in aequalitatem inter eos praedicat, aut quidpiam diuersum, nisi quod filius a patre procedit, soluit Iesum. Deniq; qui non quodcumq; producit pater aut facit, etiam ab ipso filio produci & fieri confitetur, prater ipsum solum filium, qui a patre producitur, non a seipso, soluit Iesum a patre suo, & Antichristus est.

S E C V N D A M coniunctionem & nexus, similiter sempiternum, habet cum spiritu sancto, qui est spiritus patris & suus, ut ait Paulus. Si enim spiritus sanctus, spiritus patris est, ergo intimus illi, ergo Deus, ergo idem Deus, cum non sit nisi una Deitas, ergo unum cum patre, ergo et unum cum ipso filio qui est unum cum patre. Quicunq; ergo spiritum sanctum creaturam esse dicit, ut Arrius, et Macedonius, & alij plurimi, soluit Iesum a spiritu patris, cum quo hunc nexus habet, ut sit unum cum illo. Et quicunq; spiritum sanctum negat ab ipso filio sicut a patre procedere ut Graeca fides, soluit Iesum a patre, et ab ipso spiritu: quia ipse pri-

Nota aeg. quo d patre & ab uno procedat principio. Alioqui non esset intelligibile quomodo inter has personas nexus esset. Non enim in patre ambo necontur quasi ambo filii, cum sit unigenitus filius Iesus. Neq; enim nascitur spiritus, sed spiratur. Si ergo cum spiratur, iam intelligitur filius,

quo

quomodo non et ipse spirat eum cum patre? sic enim solueretur a patre filius. Si autem nondum filius intelligitur cum spiratur spiritus, namquid ergo simul nascetur filius, et spirabitur spiritus? et non presupponetur notitia ipsi amoris? Et sic etiam nullus ordo in nexu, inter filium & spiritum sanctum? At hoc est soluere IE SVM ab ipso spiritu suo. Et hic fuit error Graecorum, ita olim ab Ecclesia explosus in cōcilijs multis. Quare mirandum est, quod hunc fidei articulum, iam post tot concilia comprobatum, et in symbolo decantatum ab omnibus fidelibus & catholicis, idq; tot seculis, Erasmus tamen non inter fidei articulos recipiat, sed inter questiones scholasticas, quas uituperat: aut quando minus impie docet, inter pias doctorum contemplationes reponit. Etenim et hoc iniurialiter tenendum est, spiritum sanctum et a patre et a filio procedere, non quasi duobus principiis, sed quasi uno. Non enim pater, ut pater, spirat: neq; filius, ut filius, sed ambo ut spirantes una eademq; spiratione, quia una est eorum uoluntas. In quo etiam cuncti Erasmum miratus sum, quod et hunc articulum, quem probauit Ecclesia, non quasi pertinentem ad fidem recipi docet, sed ut piam(ut ait) contemplationem. sed forte magis mirandum fuit, quod Ecclesia proceres sic illum ludere cum tanto ouium periculo permiserunt:

T E R T I O' nexus habet IE SVS cum omni creatura ex tempore, et primum ut Deus & uerbum patris per quod omnia facta sunt. Qui igitur negat Christum conditorem omnium uisibilium et inuisibilium, ut Manicheus, et alij multi, aut ponit materiam incretam, ut quidam philosophorum, soluit IE SVN hac parte. Et

In Eras.
mi persi-
dia, quae
exteditur
ad articu-
los fidei,

Spiritus a
patre &
filio qua-
si ab uno
principio

quicunq;

quicunq; hunc effectum creationis tribuit casui, ut De
mocritus et Epicurus, aut cuilibet creature, uel ange
lo, uel archangelo, ut quidam dixerunt, sive Apelles, si
ue Plato sive Menander et Simon Magus, aut quicunq;
alij, soluit I E S V M. Et quicunq; negat latriam Chri
stio, ut Domino et creatori, soluit I E S V M similiter.
Et quicunq; latriam aut sacrificium ulli creature, sive
demoni, sive homini, sive bestie, sive lapidi, aut ligno
deberi existimant (ut multi fecerunt et docuerunt) soluit
I E S V M: sicut et Ophites, qui dicebant adorandum esse
serpentem, quia cognitione ueritatis induxit in paradi
so. Et quicunq; diceret illa creaturam, sive angelos, sive
animas precias a substantia Dei, aut Deum esse hunc
mundum, uel animam mundi: aut Christum esse solem, et si
miles fatuitates, soluit I E S V M a seipso, et sua digni
tate quam habet cum patre, qui lucem habitat inaccessi
bilem. Et quicunq; dixit mundum suisse semper, et non
suisse initium aui ac temporis, ut Averroista, soluit I E
S V M in hoc nexus que habet cum creaturis ex tempore, et
per voluntatem suam liberam in utruq; id est, ad creandum et ad
non creandum. Poterat enim non creare, quod nobis uolens
manifestare, creauit ex tempore, ut sciremus quod que
cunq; sunt, propter uoluntatem suam sunt, et non ex neces
itate naturae. Et quicunque plures mundos asseruerunt,
et plura secula, soluerunt Iesum, eò quod cum his mundis
et seculis nihil commercij et nexus docetur habuisse. Nam
unius mundus per ipsum factus, non plures, legitur in scri
pturis. Et qui aliquam creaturam, etiam demones, dicit na
tura malos, soluit I E S V M a sua bonitate, quem face
Gen. 1, rct autorē mali. At uidit Deus cuncta que fecerat, et erat
ualde

ad Ti
moth. 6:

ualde bona. Et qui corpus attribuit deo, soluit Iesum,
cui duo corpora attribuit, alterum quod a patre accepit
ut Deus, alterum quod a matre ut homo: quod non est intel
ligibile. Et quid oportebat corpus accipere nouum a ma
tre, si habebat a patre? At Deus spiritus est non corpus,
neque quidquam corporeum. Et qui Deum non curare haec
mundum ut Epicurus, aut non curare per scriptum: sed (ut
quidam dicebat) per partes sibi subiectas gubernare mundum
putarunt, et qui fatum posuerunt, et Christum ipsum sub fato
ut Priscillianiste, soluerunt Iesum a patre et a creaturis.

QUARTO nexum habet Iesus cum carne quam acce
pit ex tempore, sicut scriptum est. Verbum caro factum est.
Quicunque igitur negat Christum uenisse in carne, id est,
carnem nostram assumpisse, aut non ueram sed phantasticam,
ut Manicheus, et alij multi, soluerunt Iesum. Et qui duas per
sonas somniarunt in Christo, et aliud Deum, aliud uir
ginis: Itē aliud qui erat Deus, aliud qui erat homo, soluit
Iesum, quia Deus et homo unus est Christus. Et quicunq;
illud hominem Christum Iesum, uerum dei filium negarunt, id est,
naturalē, sed solum adoptiuū, ut Bonofius et alij multi,
soluerunt Iesum. Et qui dicerunt in Christo unam tam na
turam, et deitatem aut aliquid uerbi uersum in carnem, ut
Eutices et Dioscorus, et Apollinaris, soluerunt Iesum.
Et qui dixerunt patrem assumpisse humanam carnem ut Sabel
lius, et Patripassiani, soluerunt Iesum, confundentes perso
nas. Et quicunq; carnem sine anima, aut sine membris assumptam, sol
uerunt Iesum ab humanitate sua. Non enim potuisset dici
homo Iesus, sed bellua: nec enim diuinitas poterat consti
tuiforma hominis, et sic supplerere uicem animae intelle
ctiua. Ergo et qui animam intellectuam negarunt esse
formam

formam hominis, soluerunt I E S V M, qui propterea fuit homo. Deniq; hæ positiones destruerent beneficium incarnationis. Veriſſimum tamen est, quòd hac parte solutus fuit I E S V S, quando mortuus est, et anima separata est à corpore: non tamen unquam diuinitas soluta, nec ab anima, nec à corpore tribus illis diebus. Qui ergo hoc dicit, non ipſe ſoluit I eſum, ſed ſolutū fuſſe hac parte (ut declaratum eſt, et ſicut habet ueritas) conſtitur. Soluerunt enim illum maligni, inferentes ei mortem
 Ioann. 2. sicut ipſe dixit, Soluite templum hoc, et triduo excita-
 bo illud. Quicunq; tamen diceret illam diuinitatem ſepa-
 ratam fuſſe unquam ab illa anima, aut ab illo corpore,
 solueret I E S V M, negans illud sanctum, quod non uit-
 dit corruptionem. Quod enim ſemel aſſumpſit, nunquā dimiſit. Eſt autem hoc ueriſſimum et certiſſimum in fa-
 de, et non ut perfidus Erasmus ait, pia Auguſtini cōtem-
 platio. Perfidum enim iure meo uoco illum ex nomine,
 et conſtanter, quia uidi, legi, et annotauim eius moni-
 mentis in ſignem perfidiam, etiam (ut uidimus) in articu-
 los ipſos primos fidei penetrantem. Et tamen adhuc ibi
 filetur, unde hoc uerbum procedere debuit. At nunquid propterea fidelis canis poterit non latrare, cum uideat oues indigne abduci, ac miserabiliter mactari? Sed hanc iram Dei meremur. Redeo ad rem. Quicunq; ergo nega-
 rent in Christo conuenire propria Deitatis, et propria hu-
 manitatis, et ſic duas uoluntates, et proprias cuiusq; operationes, et quecumq; conuenientia duabus naturis
 diuinae ſcilicet et humanae, ut Macharius, Monotelitæ,
 et alijs, ſoluerent I E S V M. Et qui negarent resurrectio-
 nē carnis in illo, ut Cerinthius: aut in ascensione ſua illa reliquijſe

237
 reliquijſe dixerunt, ut A pelles, et non ſecum illammet, quam aſſumpſerat, detuliffe in cœlum, et ad patris dexteram collocaffe, ut alij quidam, ſoluerent I E S V M, et propriae nature indigne facerent contumeliam: quo-
 mam uilificarent quod excelsus dignificauit.

QVINTO' nemum habet I E S V S secundū quòd homo, et talis homo, cum Deo patre ſecundum gratiā excellentiſſimam, qua ſimpliciter nec cogitari potest maior, nec eſſe. Et idēo quicunq; aliquid diceret, quo de rogaretur gratiā Christi et donis, ut quòd profecerit in ſcientia et ſapientia, ſicut Arriani dicebant, et Eraſmus, mus tentauit innouare: aut quòd deciderit unquā à charitate Dei ſue in cruce, ſue alio quoq; tempore, ſicut inſani quidā auſi ſunt, aut quòd excidere potuerit, aut quòd ignoret de die illa, aut quid aliud, ut nonnulli blaſphemarunt, ſolueret proculabio I E S V M à patre, et ſpiritu sancto, et à ſeipſo ſecundum hunc perfectiſſimā gratiā nemum. Et quicunq; eius eximiā et abſolutam prædestinationē negaret, de qua ego propriū libellum compoſui, ſolueret I E S V M. Et quicunq; illum conce-
 ptum non de ſpiritu sancto, ſed ex I oſeph, quia faceret eum peccatorem cum ceteris, et non ſegregaret à peccatoribus blaſphemans, ſimiliter iuxta hunc nemum ſolu-
 ueret I E S V M. Et quicunq; diceret Dominum I eſum ſecundum quòd homo erat non minorem patre, et non accepiffe mandatum inſtaurationis nostri generis priorum culpa parentum iam collapſi, et ob eam cauſam ue-
 hiſſe in carne fragili, et forma ſerui, ut obediret patri in hoc opere, et ſic propter hoc opus exaltatum fuif-
 fe, I E S V M ſolueret, non tam à nobis quam à patre et Deo,

Carpo-
crates.

Pelagia-
ni.

Deo secundum hunc nexus gratiae. Et ideo quicunque negaret hanc eius obedientiam crucis et mortis, propter ad Phil. 2, quia Deus exaltavit illum, et fecit heredem uniuersorum, ut negavit Basiliades, et Manichaei, et nunc etiam Manethani, solueret IESVM in caput suum, et perditio nem aeternam. Denique quicunque exuisset uerbum carnem illam, et posuisse in sole, et non collocasse in patris dextera a deo inseparabiliter gloriosam ut Seleuciani et si qualiter fatui affereret, Iesum solueret in hac substantia gratiae.

SEXTO nexum habet IESVS cum Maria uirgine secundum carnem, quam accipere ab illa dignatus est. Et ideo quicunque non accepisse carnem ex ea, sed at tulisse secum de celo, et quasi per fistulam per uirginem transisse, ut non minus stultus quam impius Valentinus dogmatizauit, solueret IESVM secundum hunc nexus. Et quicunque negaret eam IESVS matrem, et consequenter etiam Dei matrem, ut Nestorius, solueret Iesum.

SEPTIMO nexum habet IESVS cum eadem benedicta Virgine secundum gratiam excellentem et singulariem, ut dixit angelus. Et ideo quicunque negaret illam suisse perpetuo virginem: et sanctam mente et corpore, ut Antidicomarite et Heluidius, iniuriam faceret Christo, et quodam modo illum solueret a Matre, et filia, et sponsa sua: quoniam haec est Heua uera, uera uerè uiuentium mater, mulier fortis, adiutorium simile sibi. Et ideo qui priuilegium præservationis eius ab omni labore non confitentur, uideant ne IESVM soluant, negantes summosacerdoti perpetuum uirginem, columbam suam, perfectam suam, electam genitrici sue. Item qui illam simul cum Christo periclitatam, ut ait Gregorius Nisenus iuxta

Lucce, 1.

In cantic.

iuxta prophetiam Simeonis negaret, solueret IESVM in hoc nexo, quem habet cum illa. Hem, quis mihi dabit ut intelligam? Dabit Deus aliquando, interim qui potest capere capiat. Nunquid autem non etiam eius carnis incorruptionem, que una caro erat cum Christo, ac similiter exaltationis in celum (ut iam omnis Ecclesia recepit, et celebrat) recipiemus, portis inferi non obstantibus? Qui suam in illam nunc maximè inimicitiam, Dei uerbo confirmatam, exercent. Sed absit ut semen eius uelit soluere IESVM, et non tribuere matri, et filia, et sponsa sue, plenitudinem, aut singularitatem gratiae, quam singulari uocabulo ἡγεμονία illi fortissimus angelus euangelizauit. Verum de illius prerogatiis proprio libello edissero. Denique qui negat illi ab omnibus aliqua creatura deberi honorem, et uenerationem summa post Deum, et super omnem aliam creaturam, ut nunc seniens serpentis facit, IESVM solueret in ista gratia.

OCTAVO nexum habet dominus cum uniuersitate Ecclesie sui, tanquam caput cum corpore suo. Si igitur angelii Ecclesie nomine ueniunt (non enim IESV nexus cum illis secundum carnem, nec enim sunt animalia, nec habent corpora, licet quidam summi uiri dubitarint aliquando, et unus ex nostris conatus sit hoc probare, sed infeliciter: scriptura enim uocat illos spiritus, sicut Deum ipsum, quamquam etiam puritate multum intersit, immo immensum, sed ut intelligeremus eos carere corpore, sicut ille caret). Si ergo (inquam) Ecclesie nomine ueniunt angeli, quibus Christus praefectus est propter nexus quem habet cum illis secundum quod creator est eorum, ut Deus. Item secundum quod communicat quodam modo cum illis ut homo, secundum mentem et intellectum,

CLAVES SCRIPTVRARVM

240. & propter gratiam suam excellentem habet illos minores se, qui natura maiores sunt: ergo ob hunc nexus illi quoque amittuntur secundum gratiam, & gloriam. Qui cuncti ergo gloriam bonorum angelorum negaret ex gratia illis datam, solueret I E S V M in hoc nexus. Et contra qui malis angelis, qui gratiam & locum suum non seruarunt & electi sunt, negaret eternam Dei damnationem, et iram, ut Origenes et alii quidam soluerent,

^{2 ad Co-} I E S V M a semetipso, & sua luce. Quae enim conuenitio C H R I S T I ad Belial, & lucis ad tenebras? Sed et aliam rationem nexus fuisse illis & esse cum C H R I S T O. ego quidem non dubito: sed quia nondum est hoc manifestum, taceo hic, iam superius dixi, atque edito libro declaravi. Est autem cum Ecclesia, qua ex hominibus est, nexus ipsi C H R I S T O magnus, sed uarius et multiplex. Et primus de quo diximus, quia est una caro cum illa, & cum illa contraxit pactum ab initio in

^{Gene. 1.} Adam & uxore, et natum est Sabbathum, quando requieuit Deus ab operibus suis, quae erant ualde bona. Qui cuncti igitur negant aliquid de pacto primo initio inter ipsum, & genus nostrum in primis hominibus, soluent I E S V M. Qui igitur in eo statu negarent gratiam C H R I S T I in homines, et futuram beatitudinem, sol-

^{Pelagia-} uent illum in pacto illo. Et quicunque diceret similiter homines fuisse mortales, si Adam non peccasset, solueret I E S V M in illo pacto. Nam & I E S V M mortalem gratis faceret, & non ad reparandam immortalitatem & destruendam mortem. Denique quicunque alia dona collata generi humano in pacto illo primo neget, ut iustitiam originalem, & protectiones Dei ceteras,

C A T A . P O L I T I .

241

teras, solueret similiter Iesum in pacto illo. Verum quia Qui haec pactum illud nos destruximus, & commutata est ratio intelligit & medietas domini, & alio nexus sive pacto conglomeratus tatur magna fidei est ipse Iesus nobiscum, ueniens in forma serui, & non quasi unigenitus a patre in Ecclesia sua, sed mortalis, ^{ta agnoscit.} passibilis, in glorius, infirmus, absque peccato tamquam ut dicitur Heb. 4. naret peccatum in carne sua, quia peccatum damnauit Rom. 8. ipsum iniuria, & fecit ei, qui erat uita, dominari mortem. Unde & iustum fuit, ut & peccatum, & ipsa mors per illum deleretur, & exterminaret aliquando in semperitnum, ut in corpore sue carnis, ita & in Ecclesia sua, quod suum corpus est mysticum. Quicunque ergo hoc pactum, & radicem eius(id est) peccatum originale, & misericordiam Dei, & Christi gratiam in hoc ipsum negaret, ut illa uipera Pelagius, solueret Iesum, & Antichristus esset: de quo & aliud libellum edidi. Et qui Origenes cuncti fuisse animas ante hunc uisibilem mundum diceret, & in hunc mundum uenisse ad luenda peccata sua, solueret Iesum in hoc nexus quem habet nobiscum: quia ipse uenit ad luenda peccata mundi, & non animarum que fuerunt ante mundum, que nulle fuerunt, nec ullum fuit peccatum ante mundum, nisi peccatum diaboli, quod fuit in celo. Non enim ante hunc uisibilem nobis mundum fuit ulla creatura, praeter angelos, & celum Dei, & materiam informem, ut antiqui doctores dixerunt, & scripture bene scrupulibus illas persuadent. Et qui cuncti dicere que illi primum statui conueniebant, quum eramus in innocentia cum patre nostro, etiam huic statui conuenire, ut Adamite, qui uerecundiam re- Diogenes pulerunt, & uolebant incedere nudi: & alij similiter nesci.

q Cuijci

Cuius, qui similes belluis, & publicos & promiscuos probauerunt concubitus, Iesum solueret in nexus isto. Et quāquam (sicut uerè diximus) hoc pacto Iesu nobiscū necit, quod per mortem suam dedit nobis uitam, hoc tamen ita est intelligendum, si nos hoc pactum cum suis conditionibus recipimus, id est, fide quam in sacramēto confiteri nos oportet, ac deinde in obseruantia mandata torum Dei. Ideò quicunq; sine fide, aut sine sacramento, & anti-
quos hæ-
reticos.
Heb. 11.
Iou. 3.
1. ad Co-
rin. v. 11.
Io. in ro-
ta Epist.
1. ad Co-
rini. v. 11.

Anaba-
ptistæ.

In nouos & anti-
quos hæ-
reticos.
Heb. 11.
Iou. 3.
1. ad Co-
rin. v. 11.
Io. in ro-
ta Epist.
1. ad Co-
rini. v. 11.

Anaba-
ptistæ.

non potest uidere regnum Dei. Et quicunq; non dilexit Deum, & operatus fuerit mandata Dei, in aduentu eius erit anathema maranatha. Et qui baptismū negant effectum regenerationis ac renouationis, & qui mutant uel materiam Baptismi, id est aquam, ut Solenciani. Item baptismū iterandum esse uolunt, soluunt Iesum qui semel mortuus, in uita est indissolubilis. Nam hoc declaratur mysterio illo. Quod si iteratur, significatur pluralitas mortis, & resurrectionis, quæ nunquam fuit nec erit. Idcirco magnus error Origenis, qui iterū uenturum & passurum Iesum etiam pro Dæmonum salute dogmatizauit. Et qui negant opera facta per gratiam Christi, in Deo esse meritoria salutis eterne, ut Lutherani, soluunt Iesum secundum gratiam, quæ est per illum in nobis, sicut alibi scripsimus & probauimus. Et quicunq; dicit Iesum non uenisse pro omnibus, sed solummodo pro certis, & ab initio segregatis, Iesum soluit: quia, quod ex se fuit, redemit omnes,

omnes, & uult omnes ad agnitionem ueritatis uec-
nire, & saluos fieri, modo ipsi uelint: quoniam
& remedia sufficientia præbet. Idcirco & qui di-
cebant, aut etiam dicunt, salutem solum esse Iu-
dæis, soluunt I E S V M, qui est mediator inter
Deum & homines, non Iudeos tantum. Nunquid Rom. 3.
enim Iudeorum Deus tantum? Imò & Gentium, &
omnium. Est uerè salus ex Iudeis, & non uenit ni-
si ad oues quæ perierant domus Israel. Sed non Iu-
dæis tantum, aut pro illis tantum uenit, sed pro univer-
so mundo qui similiter perierat. Ipse enim filius ho-
minis est, ipius Adæ: idcirco quantum ad hunc ne-
xum fratres omnes sumus in C H R I S T O, qui= 1. ad Ti-
cunque sumus in illo. Ipse enim soluit & dissipavit ad Gal. 3
maceriam, quæ erat per distinctionem ex lege, &
fecit utraque unum, &c. Fatendum igitur est quod
ille populus, ante aduentum Domini, erat in præroga-
tiva secundum promissiones carnales, & quia credita
erant illis eloquia Dei, & propter carnem, quam ac-
cepturus erat I E S V S ex illa gente, honoratus fuit, ut
esset etiam prior in donis spiritus, sicut fuit in tempo-
ralibus, si modo mansisset in fide. Sed quia perfidus fuit,
mutata est conditio, & reprobatus est: & qui non
erat dilectus scilicet dilectus: & illorum bona pars
excæcata, & ceteri repulsi donec inferantur per
fidem, quando intrauerit Gentium plenitudo. Hæc
sunt iam decreta & nexus indissolubili constituta in
C H R I S T O, que qui soluit, I E S V M soluit. Con-
stitutum est etiam de præstatione, quod Deus aliquos
elegit in Christo ante constitutionem mundi maiore
Rom. 9.
&c. II.
q. iij. illi

illi nexus coniunctos, quos usque in finem dilexit, ut nec pereant nec perire possint considerata eius certa assistentia et protectione: de qua etiam re libros addidi (nisi fallor) non poenitendos. Ad haec quicunque negavit potestatam lapsis, ut Nouatus, soluit Iesum, qui nobiscum Matt. 28. est et cum quolibet usque ad consummationem seculi, modo uelimus nos esse cum illo. Ideo quicunque negat sacramentum poenitentiae seu confessionis, et sacerdotum potestatem absoluendi poenitentes, soluit Iesum in nexu, et pacto isto. Item quicunque in hoc novo pacto cum Iesu negaret necessariam esse homini gratiam Christi, et assistitua adminicula ad ambulandum cum Deo suo in mandatis eius et similiter panem quotidiam, quo indigemus, qui est in sacramento magno, quod est symbolum pacti sui, et in quo habemus fortitudinem ad ambulandum usque ad mortem Dei Horeb: proculdu-
biò Iesum soluerer. Ideo noui Sacramentarij, qui ueritatem et presentiam realis corporis et sanguinis Christi in sacramento negant, aut illud foedant dicentes adhuc panem et uinum manere cum Christi corpore et sanguine. Et qui illud corpus benedictum et sanguinem negant esse adorandum, ut etiam Erasmus uocauit in du-
blum, et qui aliter, aut in alijs rebus hoc sacrificium obseruat, quam habet euangelium, et tradit Ecclesia sancta Dei, ut qui aquam in calice solum, aut qui etiam ca-
seum, ut Aquarij, et Artotyrite, aut qui sanguinem puerorum, ut Preputiati et Cataphrige, Iesum soluunt in hoc pacto, et semetipso ab illo. Ad haec, quicunque nuptias dñarunt, ut Eucratistae et Manichei: soluerunt (quod in illis fuit) Iesum in hoc nexus quem habet cum Ecclesia

Ecclesia sua, quam uult crescere ad certam mensuram quam decreuit ipse, et in sex hydrijs Euangeli signifia. Ioan. 2. cata est. Nec enim ab re honorauit Dominus praesentia sua nuptias, et præfinuit in hydrijs illis etates. Contra quoque qui ita laxant haec rem, ut communies faciant mulieres, ut Nicolaitæ, soluunt Iesum, qui nuptias probauit, non promiscuos abusus aut concubinarios, aut me retricios: et significationem uiolant magni sacramenti, quæ est in copula duorum, non plurium sicut Paulus re= ad Ephe uelauit. Ideo et qui pluralitatecm uxorum licitam faciunt, similiter soluunt Iesum. Et quicunque ad nuptias omnes Iouinia- astringunt, uituperantes, coelibatum, aut illi nuptias pra=nus Vigiliantes & ferentes, aut equantes Iesum soluunt in foedore quod alii. Matt. 19. habet cum Eunuchis, qui elegerunt quod ipse elegit, et sic uituperarent Iesum, et Matrem, et Baptizam, et innumerous sanctos, et sanctas Dei: et ideo qui semel constitutos eunuchos propter regnum celorum ad carnis operas reuocare contendit, aut illis licitas esse suadet, ut noui haeretici faciunt, religionem arctiorem soluentes, et sacerdotium, atque sacros ordines commaculantes, soluit Iesum. Ad haec, quia sunt reliquæ peccati adhuc in nobis communiter, donec hanc miseram uitam uiuimus, propter quod instituit dominus olei sacramen-
tum, quo qui hinc exeat ungantur, ut sic purgati rece-
dant ab omni peccati contagio: quicunque et hoc sa-
cramentum negat, soluit Iesum in ista gratia, qua etiam nobiscum nestitur. Quare qui etiam dixerit in hac uita contingere ultimam perfectionem, cui nihil possit acce-
dere, et ideo non oportere ulterius operari: et qui ta-
lem obtinuerit, non sit sub cuiusquam obedientia, sed sic

q ij agi

agi Dei spiritu ut debeat à se licentiaire uirtutes, ut insani quidam ex acti diabolico spiritu dicebant, ex dicunt adhuc, soluunt I E S V M. Ad hec qui non confitetur in Ecclesia communionem sanctorum, soluit I E S V M: quia negat eius nexus cum corpore suo, quod est Ecclesia, qui nexus est per participationem spiritus qui est ab illo, quo non solum illi necatur, sed etiam ipsa membra sibi inuicem necuntur. Sicut enim caput influit in omnia alia membra, ita aliud membrum in aliud. Et caput ipsum quidem diuersimode in membra ipsa, quia etiam diuersum est illorum officium. Ergo qui orationes, et ieiunia, et eleemosynas, et sacrificia, ex si qua sunt alia iustitiae opera, pro altero ab altero suscepta, professe etiā alteri neget, soluit I E S V M. Quare qui cuncti etiam negat indulgentias Papæ, quas primū sacrauit Christus quā spoliauit purgatorium, applicans animabus illis de suis poenis et passionibus ut soluerentur à debitibus, soluit I E S V M: quia charitatem eius, et sanctorum erga nos, qua sumus colligati ut unū corpus, abscondit ab eo. Sunt enī etiam passiones sanctorum in thesauris Ecclesie, quarū dispensatio ad eū pertinet, qui loco Christi est in Ecclesia. Denique quicunque ecclesiastis restringunt in una orbis terrarū parte, et caput certū negat, id est, uicariū IESV Christi ut, Donatiste et heretici omnes, I E S V M soluunt ab Ecclesia sua.

N O N O' nexus habet nobiscū IESVS per regnū, et gubernationem suā, quæ gubernatio et regnū est primū Matt. 5, per legē suā Euangelicā, et aternā. Unde qui solueret unū de mādatis ciuiū minimis, solueret Iesum i uerbo suo. Ideo qui uel Euangeliū finiuisse dixerūt, ut Flagellates, aut qui legē cū Euāgeliō cōmīscēt, ut habeat dānatū

dogma Cerinthi Ebionis et Nazareorū, aut q̄ negarunt scripturas aut quidpiā scripturarū, ut Alogiani, et Manichaei: aut q̄ dixerūt p̄phetas arreptitos qui negarēt liberū arbitriū, quoniam et hi solūt mādata per Christū, hi omnes manifestè solūt Iesum in lege sua. Nā ut quid mādaretur his, qui nō essent mādati capaces? Nāquid imperatur quicquā insensatis, aut etiā belluis? Quicquā ergo etiā aliquid cōmēdatet cōtra mādatū quodlibet Christi, solueret Iesū. Sūt uero quæda, quæ cōmemorare posse in hæresib⁹ hominū, portetā magis et mōstra, quam hæreses, ita nō solū à lege Christi disidētia, uerū etiā ab omni humanitate, et potius immanitatē et quiddā insani et satanici furoris p̄ se ferētia, quādū ullū æquitatis colorē: ut qui sibi p̄ sp̄is mortis cōsciebat, et præcipitia, et omne genus mortis terrible gratis, et absq; illa scriptura, suscep̄ta iustitiae causa, furij perciti contendebant adire, p̄sumentes sic sibi merita martyrij comparare: et qui se assidue flagellabant, qui indefinenter orabant, et qui amputabant sibi officium lingue nūquā loquentes, et qui castrabant se carnaliter propter renum cœlorum, et qui sanctificabant periurium, dicētes. Iura, periura, secretum prodere noli. Et qui se ut potē in libertatem uocatos, omnem etiam naturę legem et protestatē, tam secularem, quam Ecclesiasticam contemnebant. Et qui Sodomiticum et nefandum scelus probabat, qui nunc etiam denūt sunt excitati. Denique quicunque quodlibet manifestè insanum dogma p̄dican, quod ipsa hominis natura et ratio, uel ipso primo auditu abhorret, soluunt Iesum: qui licet nouā nobis charitatis legem tradiderit, non tamen propterea quod est naturale

q̄ iiiij destruxit,

destruxit, sed perfecit. Hos ergo qui contra naturam dogmatizant magis admirari debemus, quam confutare: nec ob aliud eorum insanias, et prodigiosa paradoxa meminisse, nisi ut consideremus quam dementetur inter dum a demonibus miseri homines, cum semel declinauerint a maiorum semitis, ut longe super omnes bestias, quas creauit omnipotens, stoliditate ac feritate agatur, et sic ut stemus in timore, et discamus humiliari sub imperio Dei uiuentis in regno Christi. Valeant ergo Circuncelliones. Secundo est gubernatio et regimem Christi in Ecclesia per uicarios suos, et in primis per summum Hierarcham, quem papam dicimus et pontificem summum, et quasi petram, uicarium Christi loco, caput Ecclesie, ac fundamentum: cui data est potestas et spiritus sanctus in edificationem, non in destructionem. Qui ergo hanc in Ecclesia hierarchiam, in modo et Monarchiam non confitetur a domino Deo et Iesu constitutam in terris, et consequenter sanctificationes, et ordines Clericorum, Episcoporum, Sacerdotum, Diaconorum, Subdiaconorum, et reliquorum minorum ordinum: aut qui ista confundunt, aut sortem Dei, id est, clericatum subiiciunt potestate terrenae, soluunt Iesum in hoc tam pulchro et necessario nexus regiminis, quoniam caput amputant a Christi corpore. Illusores ergo sunt et maligni, qui ad simplicium deceptionem, zeum simulantes pro Christo, dicunt ipsum se Iesum habere caput, et nolle caput aliud, quia unum habet caput Ecclesia, non plura. Sed o inepti, et uerè Acephali, si uerè uestrum caput agnosceretis Iesum, etiam quem sibi tamen explicitis uerbis uicaru constituit, cui claves cœlorum dedit, ligandi soluendiq;

Nota
haec
retice,

soluendiq; potestatem agnosceritis, et cognoscetis: quod Christus, et uicarius eius, non sunt duo capita sed unum, sicut episcopus et uicarius non sunt duo, sed unum tribunal, ut canones docent. Modo cum negatis uicariis Christi, caput Christum negatis in hoc nexu. Ob Notam multas enim causas, recedente Christo, indigit Ecclesia uno certoq; uicario, capite summo, et tanquam certa legge quæ uiuat, et legem scriptam seruari curet, quale genere uiuit, id est principe, indiget omnem regnum, et inter ceteras maxima causa est conseruatio unitatis. Multa enim sunt, quæ necesse est cognosci, tractari, decerni, definiri in Ecclesia sancta, quæ nisi haberent cognitorum unum certum, et iuicem unum certum, nihil iam esset certum in Ecclesia, sed confusa omnia, perturbata omnia. Haec qui negat, et sensum negat et rationem. Quis enim Synodos cogeret uniuersales? Quis probaret aut reprobaret doctrinas, uel doctores? Quis iudicatos Dei discerneret? Quis emergentia de fide dubia definiret? Quis Episcoporum cognoscet causas? Et quis animaduiceret in eos, cum in detrimentum ecclesie quidam attentarent? Quis principum ac regum tyrannidem compesceret, et inter reges sedaret discordias magis idoneus? Quis crearet pastores Ecclesiarum, aut confirmaret? Quis uita genera, et status religiosos a superstitionis distingueret? Quis certas et uniformes in Ecclesia ceremonias, et cultus inueniret, atque doceret, ut esse mus omnes (ut ait Psaltes) unius moris in domo una? Psal. 67. Hæc et alia huiusmodi plura indigebant uno summo sacerdote, qui loco Christi alijs emineret ad continentem quilibet in doctrina, et officio, ut id ipsum dicamus omnes.

omnes. Qui si defit, statim scinditur proculdubio I E S V S, & soluitur. Et ideo non solum qui talem Pontificem negat, uerum etiam qui ab eo negat certam spiritus directionem in his quae ad fidem pertinent, & doctrinam ueritatis, I E S V M soluunt: quod faciunt quicunq; eum errare posse, aut errasse unquam in his quae fidei sunt, & ad uiuersalem Ecclesie statum pertinent afferunt, quium circa illa ritè decernit. Et quicunq; cius Carones & Decreta, contemnenda ac uiolanda esse prædicat, I E S V M sic soluit, quia spiritum eius quo Ecclesiam gubernat, & per quem spiritum ipsi Ecclesia iungitur, ab ea separat, quod est I E S V M soluere. Itaq; omnes schismatici, quod ex se est, qui ab hoc capite seipso se gregant, I E S V M soluunt. Nec obstat quod mali forte sunt sacerdotes, uel episcopi, aut etiam summi pontifices: non enim propterea id quod est Dei perit in illis, uidelicet, potestas que à moribus separatur, ut enim dicit aptè Apostolus, Quid si quidam illorum non crediderunt? Nunquid infidelitas eorū fidem Dei euacuit? Ab sit. Esto autem Deus uerax, omnis autem homo mendax. Sic & nos dicimus. Quid si multi ex his abutuntur dignitate, & sunt scelerosi: utrum propterea Christi uerbum reddetur inane? Absit. Coelum & terra transibunt, uerba antem mea non transibunt, ait omnipotens Dei uerbum. Ideoq; qui Ecclesiam in hoc mundo solum ex bonis constare dixerit, ut Donatus, & sacerdotes non esse qui mali sunt, & huiusmodi dogmatizant, I E S V M soluerunt in nexus isto.

D E C I M O ergo & ultimo, habet I E S V S nexus nobiscum post hanc uitam, secundum quod index & retributor

tributor est. Et ideo qui negat animorum immortalitatem, soluit I E S V M in nexus isto. Et qui negat animabus, qua hinc exiunt paenitentia immaculata & sine ullo debito, statim suam fœlicitatem aternam, soluit IESVM. Nihil enim obstat eorum gloria, secundum quam nec tur in perpetuum cum bonis animabus & mundis Deus post huius uita cursum in uita eterna. Iuxta quod dictum est: Beati mundo corde quoniam ipsi Deum uidebunt. Matt. 5.
Et Latro per fidem & contritionem summam, qua purificatus est corde, incruuit audire: Hodie mecum crux in Paradiso. Et ideo pueri sacramento purgati hinc exentes, subito Deum uident. Et qui negant purgatorium animabus, si quid residuum debiti manserit ad purgandum, etiam I E S V M soluunt. Nec enim nisi irrationaliter ac proterue afferitur, nihil esse medium inter iustitiam perfectam, & non esse culpas suapte natura uenia dignas, que nec mortem merentur aeternam, nec tamen sine aliqua emendatione impunitatem. Et similiter eos qui cum paenitentia scelerum hinc exceidunt non plenè tamen satisficienes & emendantes, digna plagiis delicta, & perfecta contritione et charitate nondum purgatos) non est negandum & amicos Dei esse, & nihilominus adhuc certis penitentia obnoxios, donec in conspectu Domini purgati sat, & pro meritis inueniantur. Quid cum certissimum sit, qui etiam negant, huiusmodi animas iuuari posse per suffragia iuuentium, cum quibus charitate iunguntur, & per pontificum indulgentias, soluit I E S V M in nexus quem habet cum illis, & quem fecit illas habere nobiscum. Non enim quia illi operari

Matt. 5.
Luc. 23.

252 CLAVES SCRIPTVRARVM

operari non possunt, eo quod desierunt esse in via,
idcirco incapaces sunt ne illis profint eorum opera
qui operari possunt et mereri, cum sint ipsi pro eis ope-
rantes in via. Item qui animarum aeternam damnatio-
nem non confitetur, quae hinc exierunt immunde et
criminibus obnoxiae absq; legitima poenitentia, et
spem illis pollicetur aliquando salutis, soluit I E S V M
a iustitia sua, et in hoc nexus iudicij sanctissimi ac sempi-
terni. Item qui corporum resurrectionem, et eorum
dem corporum per reuersionem animarum singularium
ad sua corpora negat, aut ita retributionem dignam, ut
quisq; recipiat in corpore sicut gesit in corpore, id
est, iustis quidem honorem et gloriam et incorruptio-

Roma,2, nem sempiternam, iniustis vero tribulationem et angu-
stiam et ignem inenarrabilem, et similiter sempiter-
num, soluit I E S V M in nexus isto, dignus expe-

riri in suum caput, ut semen Antichristi,
quod futurum negat, et sic suo sem-

piterno malo probare, uerum
esse quod ille testatur,

cuius testimo-
nium om-
nis pro-
ba

uit Ecclesia. Omnis qui soluit I E S V M est
Antichristus.

F I N I S.

